



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1762**

**VD18 90117999**

Liber LXVIII.


---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66385)



# HISTORIA ECCLESIASTICA.

## LIBER LXVIII.



HONORIUS II. PAPA.  
LOTHARIUS II. IMPERAT. OCC. JOANNES  
COMNENUS IMP. ORIENTIS.

§. I.

*Honorii II. obitus. Innocentius II. Papa.  
Anacletus Antipapa.*

**H**onorius II. cum in Palatio Latera-  
nensi in morbum incidisset, ad mo-  
nasterium S. Andreae deferri voluit,  
ubi decima quarta Februarii anno mil-  
lesimo

Sæcul. XII.  
A.C. 1130.

VII.  
e cen-  
ablice  
ulus-  
ertim  
Digni-  
nvitis  
cessu-  
llere-  
enun-  
o ter-  
aroris  
olatio  
Con-  
o Ab-  
erunt,  
urbis  
gnora  
onem  
as S.  
du-

TO-

Sæcul. XII. lesimo centesimo trigesimo, vita functus,  
A.C. 1130.

*Suger. vit.* est, postquam Sacram Sedem annos quin-  
*Lud Chron.* que & duos menses tenuisset. Praecipui  
*Maurin to.* & saniores \* viri Ecclesiæ Romanæ, cum  
4. *Duchen.* Honorium morti proximum conspice-  
\* suo iudicio. rent, ut in electione Successoris tumultum devitarent, statuerunt, in Ecclesia S. Marci simul omnes de more convenire. At Cardinales illi, quibus Honorius familiaris adsueverat, & qui ab agrotantis lectulo non recesserant, cum Haimérico Cancellario, veriti, ne Romani tumultuarentur, si ad S. Marcum procederent, festinato alium elegerunt, priusquam mors Papæ vulgata fuisset. Fuit is Gregorius Cardinalis S. Angeli, quem Innocentium II. dixerunt, & cultu Pontificio exornarunt. Alii, comperto Summi Pontificis obitu, eadem die, ad Horam tertiam Canonicam, in Ecclesia S. Marci, ut condixerant, congregati, eligunt Petrum Leonis, Cardinalem S. Mariæ trans Tiberim, quod pars Cardinalium altera futurum præviderat atque ut impediret, cito Gregorium Pontificem creaverat. Petrus ab electoribus suis Anacletus II. appellatus est, sicque Schisma in Ecclesia Romana exortum.

*Ap. Baron.*  
1130.

Gregorius olim Monachus in Ecclesia S. Joannis in Laterano, tum Abbas  
Mona-

Monasterii S. Nicolai & S. Primitivi extra Sæcul. XII.  
 Romam, ab Urbano II. Papa Cardinalis A.C. 1130.  
 creatus, & cum potestate Legati in Fran-  
 ciam, Petri Leonis socius, a Callisto II. anno  
 millesimo centesimo vigesimo quarto mis-  
 sus fuerat. Petrus autem erat nepos Leo-  
 nis, Judæi conversi & a Papa Leone IX.  
 baptizati, a quo nomen acceperat. Hic  
 Leo, vir doctissimus, & opulentissimus,  
 brevi in Curia Romana plerosque poten-  
 tia præcelluit, quem tamen deinde filius  
 Petrus Leonis auctoritate & fama supe-  
 ravit. Ei, cum Ecclesiam Romanam in  
 Schismate ob jus Investituræ exorto vir  
 in armis strenuus & acer consilio mul-  
 tum juvasset, Turris Crescentii, scilicet  
 Castelli S. Angeli, præfecturam Papa  
 commisit, arcanorumque omnium con-  
 scium habuit; unde ille, occasione fa-  
 vente usus, opes & Dignitates cumula-  
 bat. Plures genuit liberos utriusque se-  
 xus, ac inter eos Cardinalem, de quo  
 modo est sermo, qui nomine proprio *Pe-  
 trus Petri Leonis* appellabatur; nam pa-  
 tris nomen illa ætate apud omnes natio-  
 nes plerumque filiis cognomentum adde-  
 batur. Petrus ab ineunte ætate ad literas  
 discendas electus, & in Franciam missus,  
 iisdem Lutetiæ Parisiorum operam de-  
 dit. Inde in itinere constitutus, Romam  
 rediturus, Cluniaci substitit, & habitum  
 Monasticum induit. Ubi cum aliquam  
*Hist. Eccles. Tom. XVI. T c dia*

Sæcul. XII. diu Disciplina monastica imbutus fuisset,  
A.C. 1130. eum Paschalis II. Papa, ab ipsius parente  
 rogatus, ad Curiam Romanam revoca-  
 tum, Cardinalem creavit. Callisto Pa-  
 pa sedente Petrus Legatus, in Franciam  
 cum Gregorio missus, Concilia Carnoi  
 & Belvaci celebravit. Tales erant duo  
 ad Papatum æmuli.

Cardinales novemdecim Innocentio  
 faventes numerabantur, quos inter emi-  
 nebant Matthæus Episcopus Albanensis,  
 Joannes Cremensis, Titulo S. Chryso-  
 geni, & Haimericus Cancellarius. Hi ele-  
 ctum a se Pontificem sine mora Cathe-  
 dræ imposuerunt, ad omnes ædes, qua-  
 rum possessionem adire de more oportebat,  
 deduxerunt, & omni honore pro-  
 secuti sunt, quantum temporis iniquitas  
 sinebat; nam Petrus Leonis Romæ viri-  
 bus superior erat, & Innocentius ejus-  
 que Fautores cum in ædibus suis tuto  
 degere non possent, prope Palatium La-  
 teranense morabantur. Quin in domos  
 Frangipanum & Corsorum, arte milita-  
 ri munitas, se recipere compulsi, aliquam-  
 diu corpora sua ibi defendere conati  
 sunt. Petrus vero Leonis indignatus,  
 superesse viros, qui resistere auderent, ad  
 Basilicam S. Petri copiis stipatus proce-  
 sit, eaque in suam potestatem redacta,  
 vasa argentea totumque thesaurum ab-  
 stulit. S. Mariam Majorem, aliasque ur-  
 bis

bis Ecclesias eadem vecordia spoliavit, Sæcul. XII.  
 cumque nemo Christianorum id obsequii A. C. 1130.  
 ei præstare vellet, calices aureos atque  
 Crucifixi simulacra a Judæis confringi  
 jussisse ferebatur.

Is pridem congefferat opes innume-  
 ras; ampli enim erant paterni census,  
 quos exactionibus consuetis in Curia Ro-  
 mana, & in Legationibus susceptis auxe-  
 rat; has itaque cum in populum ad fas  
 & nefas venalem ac in plerosque Opti-  
 mates distribuisset, omnium favorem ita  
 sibi conciliavit, ut Innocentius Papa ejus-  
 que Sectatores ubique a Leonis obfidio-  
 ne includerentur. Nec ipsis pedem ef-  
 ferre licebat, nec alii sine vitæ periculo  
 ad Papam pervenire poterant. Itaque  
 rebus suis ita in angusto positus, Innocen-  
 tius Roma exire & in Franciam fugere  
 statuit. Tum duabus triremibus secre-  
 to instructis, cum omnibus Cardinalibus  
 suis Tiberi se commisit, excepto Conra-  
 do Episcopo Sabinensi, quem Romæ Vica-  
 rium suum reliquit. Sic per ostia Tibe-  
 rina in mare devectus portum Pisanum  
 feliciter attigit.

§. II.

*Antipapæ Literæ.*

Interea Petrus Episcopus Portuensis, Car-  
 dinalium Anacletum sequentium prin- Apud Mat-  
 cepts, ad quatuor præcipuos Innocentii mesb. I. hist.  
Tt 2 Car. nov.

Secul. XII. A.C. 1130. Cardinales, videlicet, Guilielmum Prae-  
 nestinum, Matthæum Albanensem, Con-  
 radum Sabinensem, & Joannem Ostien-  
 sem, qui ipsi priores scripserant, episto-  
 lam dedit, in qua dicit: *Unde vos tali  
 modo Papam eligere didicistis? in angulo,  
 clanculum, & in tenebris? si Papam ve-  
 strum Honorio mortuo succedere voluistis,  
 cur eum adhuc vivere affirmabatis? Ipsi  
 utique cognoscere potestis, nullum esse, quod  
 fecistis contra Canones, me inscio, me, in-  
 quam, Decano vestro. Sed nec Seniores  
 vestros vel vocastis, vel expectastis, cum  
 sitis juniores & numero pauci. Sed Deus  
 cito viam ostendit, qua molimini vestro  
 adversaremur, cum Fratres vestri Cardi-  
 nales cum omnibus Clericis, rogante po-  
 pulo, & viris, quos summa Dignitates  
 commendant, consentientibus, publice, in  
 meridie, Petrum Cardinalem, futurum  
 Papam Anacletum, elegerunt. Hunc Ec-  
 clesia recipit, Barones invisunt, nosque  
 eundem vel ipsi, vel per nuncios nostros  
 adimus. Rapinas & crudelitatem, quam  
 objicitis, nescimus. Quicumque ad Ana-  
 cletum veniunt, Patrem communem con-  
 sulturi, & causam suam exposituri, beni-  
 gne excipiuntur, & sorte sua contenti re-  
 cedunt. Tandem vos sanæ rationi & vo-  
 bismet ipsis reddite, nolite in Ecclesia  
 Schismatis causa existere, & fidem habere  
 mendacis. Ceterum in illa fui sententia,  
 nullam*

*nullam de Successore mentionem, nisi Papa* Sæcul. XII.  
*sepulto, esse faciendam.* A. C. 1130.

Ipse Anacletus, epistolis ad varios da-  
 tis, se Papam esse legitimum persuadere  
 conabatur. Primo scripsit Lothario Ro-  
 manorum Regi; eique memoriam refri-  
 cat illius amicitiae, quæ diu inter hunc  
 Principem & Petrum Leonis parentem  
 suum intercesserat, tumque subjungit; se  
 Canonicè electum, a Petro Episcopo Por-  
 tuensi ante aram S. Petri, compluribus  
 aliis Episcopis præsentibus, in omnium  
 conspectu & solemnè ritu fuisse consecra-  
 tum, dum illi, qui Parti adversæ fave-  
 rent, noctu ex ædibus Leonis Frangipa-  
 nis, præcipui eorum Defensoris, fugere,  
 & trans Tiberim salutem suam consulere co-  
 acti essent. Additque: *Favent nobis*  
*omnes Clerici, omnes viri Nobiles, mune-*  
*ri nostro intra & extra urbem libere va-*  
*camus, Cardinales ordinavimus, Episcopos*  
*consecravimus.* Et post alia: *Ne vos*  
*mendacis HaimERICI quondam Cancellari-*  
*ii, furis & Simoniaci rei, aut Joannis*  
*Cremensis, hominis infamis, & aperte Ni-*  
*colaitarum Hæresi infecti, aut aliorum*  
*fugitivorum decipi patiamini.* Hanc  
 Epistolam Archiepiscopus Bremensis de-  
 tulit.

Cod. Cass.  
 ap. Baron.

Clerici Sectatores Anacleti ad Re-  
 gem quoque Lotharium epistolam dede-  
 runt, in cujus fronte visuntur nomina

T t 3      Cardi-



Sæcul. XII. Cardinalium viginti septem, aliorumque  
 A.C. 1130. Episcoporum Ecclesiæ Romanæ Suffraganeorum, Archipresbyterorum, Primicerii, multorumque Abbatum. Cardinalibus autem illi quoque sine dubio accensebantur, quos Anacletus nuperrime creaverat. Porro in hac epistola dicunt: *Literas ad te exaramus, Princeps Christianissime, sicut etiam ad alias Ecclesias in Oriente & in Occidente, eo animo & consilio, ut diluamus mendacia dicentium, & scribere non erubescantium, Anacletum Papam non Canonice & libere, sed parentum & propinquorum suorum favore & potentia, vi adhibita, fustibus impetis, vulneribus & cadibus fuisse electum.* Deinde electionem Innocentii opus esse ajunt HaimERICI Cancellarii, quem impudiciæ & Simoniacæ accusant, atque aliorum Cardinalium quinque, qui cum Cancellario epulante parasitari solebant, & aliquot Episcoporum, *quibus, ajunt, in electione Papæ jus nullum est.*

Anacleti  
 Epistolæ.

Cum Rex Lotharius, prima Anacleti epistola accepta, non respondisset, alteram scripsit opera usus cujusdam Clerici Argentoratensis, decima quinta Maji datam, simulque aliam ad Reginam ejus conjugem directam. Sed a neutro responsum impetravit. Tunc vero alias iterum literas ab Urbis Romanæ Præfeto & quibusdam viris nobilibus nomine  
 totius

totius Civitatis ad Regem dari curavit, Sæcul. XII.  
A.C. 1130.  
 in quibus rogabant, ut Anacleti præsi-  
 dium in se susciperet, si Romæ Impera-  
 tor haberi vellet, & querebantur, bis  
 spretas fuisse Papæ epistolas, quibus ne  
 quidem responsum dedisset. Adjungunt,  
 hanc causam esse, cur Papa necdum ad  
 Regem cum Legati potestate quemquam  
 misisset. Hæc epistola decima octava  
 Maji data est.

Importunius egit Anacletus cum Re-  
 ge Franciæ, ad quem statim Legatum  
 misit Ottonem Episcopum Tudertinum,  
 cum epistola, prima Maji data. Fatetur  
 se magnam fiduciam in hujus Principis  
 amicitia posuisse, a quo se in prima æta-  
 te amatum & tenero affectu educatum  
 dicit. Quod sine dubio ad illam com-  
 morationem, cum Parisiis ad literas in-  
 cubuit, referendum est. Dicit, legatum  
 suum in mandatis habere, ut adjuncta  
 suæ electionis & exorti Schismatis aperi-  
 ret. Eidem vero Legato plures alias  
 epistolas, Præsulibus Principibusque  
 Franciæ reddendas commiserat, in qua-  
 rum una Legato suo potestatem cele-  
 brandi Concilia tribuit, & Ecclesiæ Gal-  
 licanæ testimonium & laudem præstat,  
 quod nunquam vel ullo errore infecta vel  
 ullo schismate divisa fuisset. Omnes hæ  
 Literæ prima die Maji datæ sunt. Sub  
 idem tempus Anacletus alium legatum

ep. 8.

ep. 2.

T t 4

misit

Sæcul. XII. A.C. 1130. misit in Aquitaniam, videlicet Gregorium Cardinalem Diaconum, deferentem literas humanissimas ad Abbatem & Monachos Cluniacenses datas, in quibus dicit, se in illos, quos Schismaticos appellat, anathema pronunciaffe, postquam eos ter quaterque ad reddendam contumaciæ suæ rationem vocasset. Idem Gregorius mandata ab Anacleto accepit, quibus Legatus hujus Papæ constituebatur Gerardus Episcopus Inculis-  
*Order. 1. 13.* *ad an. 1136.* *908. Ar. Sa-* *gi. to 2. Spi-* *cil. p. 343.* *Order. 1. 13.* *ad an. 1136.* *908. Ar. Sa-* *gi. to 2. Spi-* *cil. p. 343.* *Ibid. p. 355.* *ep. 14.*  
 mensis, eodem modo, quo istud munus sub Paschale Papa, ejusque Successoribus Gelasio, Callisto & Honorio gessisset. Erat vero hic Præsul de Gente Normanorum Diœcesis Bajocensis, vir eruditus & facundus in utraque lingua, nempe Latina & Francica, optimæ famæ & magnæ Romæ auctoritatis. Is Guillelmi Ducis Aquitanix licentiam & libidinem virili vigore reprehendit. Mortuo Honorio, statim Innocentium legitimum Pontificem recepit, petiitque, ut Legati Sacræ Sedis potestas sibi confirmaretur; quod cum non obtinisset, ad Anacleti factionem conversus, ejusdem citra montes maximus defensor extitit. Anacletus ad Imperatorem Constantinopolitanum quoque Legatum misit; quod ex ipsius epistola ad Episcopum Drivastinensem in Albania data cognoscimus. Tandem etiam Regi Hierosolymarum scripsit;

psit; sed cuncti conatus in Oriente effecti caruerunt.

Sæcul. XII.  
A.C. 1130.

§. III.

*Rogerus Rex Siciliae, Schismaticus.*

At vero in Italia Anacletum Papam recepit Rogerius Dux Calabriae. Nam isto anno millesimo centesimo trigesimo Anacletus Beneventum & inde Avellinum profectus, pacta cum hoc Duce iniiit, sororem suam in conjugium tradidit & Regis Siciliae titulum concessit, addita licentia, qua se ab Archiepiscopis illius provinciae, assistentibus aliis Episcopis, coronari curaret. Principatum quoque Capuanum & Dynastiam Neapolitanam addidit, ipsiusque precibus dedit, ut Archiepiscopo Panormitano tres in Sicilia Episcopos, videlicet Syracusanum, Agrigentinum & Mazarensem seu Catanensem consecrandi jus esset. His autem adjecta est conditio, ut Rogerius homagium praestaret Papae & singulis annis sex centos *Scyphatos* (Nummi erant aurei scyphi formam referentes) penderet. Bulla vigesima septima Septembris anno millesimo centesimo trigesimo data, primum omnium est monumentum, quo Sicilia Regni Titulum sibi competere probare potest. Quibus illud non placet, quod Jus Legationis, Monarchia Siciliae dictum, ab Urbano II. Papa concessum fue-

*Chron. Cass. IV. c. Chron. Benev. & Dipl. ap. Baron.*

*Cang. Gloss.*

*Baron. hic.*

*Sup. lib. LXIV. §.*

Sæcul. XII. rit, originem Regni ad hanc Anacleti An-  
 A.C. 1130. tipapæ concessionem referunt. Cete-  
 rum Anacletus hoc eodem anno in Sici-  
 liam misit Cardinalem *de Comitibus*, qui  
 Rogerio Panormi in Natali Domini Coro-  
 nam Regiam imposuit.

## §. IV.

*S. Hugonis Gratianopolitani extrema.*

*Ernold. vit.* At Innocentius quoque sibi ipsi non de-  
*S. Bernard.* erat, sed missis nunciis Ecclesiam Gal-  
*lib. 8. c. 1.* licanam omnia, quæ acta erant, edo-  
*vit. S. Hugo* cuit, Episcoposque monuit, ut Schisma  
*c. 5. 1. April.* damnarent, tumque ipse in Franciam  
*to. 9. p. 44.* con migravit. Priusquam vero adve-  
 nisset Papa, S. Hugo Episcopus Gratia-  
 nopolitanus cum aliis Episcopis Anicium  
 se contulit, quamvis variis corporis infir-  
 mitatibus & gravi ætate premeretur,  
 quippe ad annum vitæ circiter septuage-  
 simum octavum pervenerat. Is cum  
 certissime sciret, Petrum Leonis non ex  
 vitæ merito, sed familiæ suæ potentia &  
 vi fuisse electum, nullam rationem ha-  
 bens amicitia & obsequiorum, olim a Pe-  
 tro & parente ejus sibi exhibitorum, soli  
 Justitiæ & Ecclesiæ emolumento inten-  
 tus, eundem in illo Concilio, consentien-  
 tibus ceteris Episcopis, tanquam Schis-  
 maticum excommunicavit. Quæ cen-  
 sura contra Anacletum ob maximam, qua  
 Hugo

Hugo pollebat, auctoritatem, gravissimi Sæcul. XII.  
 ponderis fuit. A.C. 1136.

Aliquot abhinc annis Sanctus hic Præ-  
 sul, missis ad Honorium Papam Legatis,  
 Sedem suam Episcopalem relinquendi li-  
 centiam petierat. Nam quietis deside-  
 rium, quod eum ab initio suscepti oneris  
 subierat, eum toto vitæ tempore tenuit,  
 crevitque, cum Sanctus Vir senectutem  
 sibi tacito pede comitantibus morbis ad-  
 venisse sensit. Se ipsum Servum inuti-  
 lem æstimabat, qui locum Episcopi occu-  
 paret, honoresque & census perciperet,  
 licet merita sibi deessent, & nullus fru-  
 ctus sequeretur. Verum quod optabat  
 ab Honorio Papa nequiquam impetravit,  
 qui nuncios ejus remisit cum epistola, in  
 qua Senem consolabatur & hortabatur  
 ad perseverandum. Necdum tamen a  
 proposito dimotus est Hugo; quin Ro-  
 mam ipse profectus, Papam obsecravit,  
 ut concessa sibi reliquos vitæ dies in quie-  
 te transgendi facultate, meliorem Pasto-  
 rem Ecclesiæ Gratianopolitanæ daret.  
 Sed persuasum sibi habebat Papa, nullum  
 alium tum auctoritate, tum bono vitæ  
 exemplo Fidelibus suis Hugone utilio-  
 rem futurum esse. Ergo concessis aliis,  
 quas petierat rebus, solatium ut potuit  
 suggessit, & honorifice Senem dimisit.

Excommunicationis censura in Ana-  
 cletum Antipapam lata ultimum fuit  
 S. Hu-

**Sæcul. XII.** S. Hugonis opus, memoratu dignum;  
**A.C. 1130.** exinde enim viribus corporis deficientibus, ceterarum rerum omnium, si Spirituales excipias, memoriam amisit. Tandemque animam Deo reddidit Feria VI. ante Dominicam Palmarum, prima die Aprilis, anno millesimo centesimo trigesimo secundo, annos vitæ ad minimum octoginta, & a suscepto Episcopatu quinquaginta duos numerans. Parentarunt autem Episcopi tres, Geofridus Carnotensis, qui eum ægrotantem inviserat, Udalricus Diensis, Sancti Viri defuncti Discipulus, & Hugo Cartusianus, quem se vivo Episcopum Gratianopolitanum ordinari curaverat.

**Gall. Christ.** Ejusque Successores plus integro Sæculo e Cartusia evocati sunt. Ceterum S. Hugo, biennio post obitum suum ab Innocentio Papa secundo Sanctorum catalogo **Martyr. Ro.** adscriptus, eadem die, qua animam efflavit, **1. April.** ab Ecclesia colitur.

## §. V.

*Concilium Stampense.*

**L**udovicus Crassus Rex Franciæ, his compertis, quæ Romæ acta fuerant, Concilium Stampis celebrandum indixit, ubi ad examen vocaretur quæstio, quis ex duobus, qui se Romanos Pontifices dicebant, magis canonicè fuisset electus. S. Bernardus a Rege & ab Episcoporum præ-

**Sug. vit.**  
**Lud. 317.**

præcipuis nominatim ad hoc Concilium Sæcul. XII.  
A.C. 1130.  
 vocatus, non sine timore itineri se dedit,  
 optime gnarus, quam grave & quantis Ernold. l. II.  
vit. Bern. c. I.  
 periculis obnoxium negotium tractare-  
 tur. Sed in via objecto sibi somnio re-  
 creatus est; nam conspiceret sibi videba-  
 tur maximi spatii Ecclesiam, in qua una-  
 nimi omnium voce Laudes Dei decanta-  
 bantur, unde ipse firmissimam pacis spem  
 concepit. Concilio Stampis congrega-  
 to, præmissis jejuniis & precibus, Rege  
 cum Episcopis & Optimatibus sedente,  
 ad consultandum de re tanta, omnes uno  
 ore condixerunt; eandem sententiam se  
 amplexuros esse, quæ Bernardo melior  
 visa fuisset, ejusque arbitrium simpliciter  
 secuturos. Ipse, id suadentibus amico-  
 rum fidissimis, provinciam sibi oblatam  
 trepidans recepit. Tum electionis for-  
 ma, eligentium prudentia & meritis, il-  
 liusque, qui prius electus fuerat, vita &  
 fama solícite pensatis, Innocentium pro  
 Legitimo Pontifice haberi oportere toto  
 Conventu applaudente, pronunciavit.  
 Mox Laudes Divinæ pro more decanta-  
 tæ, omnesque Innocentii Electioni sub-  
 scribentes eidem obedientiam promise-  
 runt.

## §. VI.

*Innocentius in Francia.*

Inter hæc cum Innocentius Papa Pisas  
 per-



Sæcul. XII.  
A.C. 1130.

*Act. ap. Ba-  
ron.*

*Otto Fris.  
VII. c. 18.*

*Order. l. 13.  
p. 893.*

*Innoc. ep. 27.  
Sup. lib.  
LXIV. §.  
29.*

pervenisset, maximo cultu exceptus, ibique aliquamdiu moratus, complura negotia, tum ad illam urbem, tum ad alias totius Tusciæ spectantia, Pontificia auctoritate confecit. Tum Pisanis civibus valedicens, & pro acceptis obsequiis gratias agens, triremi denuo conscensa Genuam vectus est, & inde in portu S. Agidii in Provincia appulit. Rursusque Vivarium, Anicium in Alvernia & Claromontium venit, ubi Concilium celebrans Conradum Archiepiscopum Salisburgensem, & Eribertum Monasteriensem, Regis Lotharii Legatos, exceptit. Inde Papa Cluniacum divertit, cujus Abbatiae monachi, ubi nuncium de Innocentii in Franciam adventu acceperunt, ei sexaginta equos mulosve cum omni apparatu Pontifici & Cardinalibus & famulis necessario in obsequium obvios miserunt. Papam deinde apud ipsos divertentem diebus undecim detinuerunt, quo temporis spatio novam eorum Ecclesiam eadem die, qua Urbanus II. Altare Princeps ante annos triginta quinque dedicaverat, nempe vigesima quinta Octobris, consecravit. Hæc Cluniacensium submissio Innocentio Papæ magnam auctoritatem in toto Occidente conciliavit, cum omnes viderent Innocentium Petro Leonis, quondam alumno & inter ipsos monacho, præferri.

Papa

Papa Cluniaci diversante, Rex Ludovicus Sugerium Abbatem misit, qui eum suo nomine salutaret. Tum ipse cum Regina & Principibus filiis suis usque ad Monasterium S. Benedicti ad Ligerim obviam se intulit, ubi ad ejus pedes prostratus & Pontifici & Ecclesie sua obsequia obtulit. Complures Episcopi quoque iter facienti Papae occurrerunt, ac inter alios Geofridus Carnotensis, qui eum ad urbem suam Episcopalem deduxit. Interea S. Bernardus ad Regem Angliae se contulerat, persuasurus, ut Innocentium Papam veneraretur; ejus enim Episcopi repugnabant. Regi quoque reluctanti, quid times, inquit S. Bernardus, an forte peccaturum te credis, si Innocentio obedias? si sollicitus fueris, quo pacto de aliis peccatis tuis Deo rationem reddas, istud ego in humeros meos suscipio. Quibus auditis Rex victas manus dedit, & e terris Ditionis suae egrediens Carnotum ad Papam venit, permultis Episcopis & Optimatibus ejus vestigia sequentibus. Itaque ad exemplum Regis Franciae Innocentii pedibus advolutus, suo & Subditorum suorum nomine ei obedientiam filialem pollicitus est. Haec decima tertia Januarii anno millesimo centesimo trigesimo primo agebantur. Rex deinde Papam Rotomagum deductum multis donis suis cumulavit, atque

Sæcul. XII.

A.C. 1130.

*vit. Lud.*

p. 318.

*vit. Ber-**nard. l. II.*

c. I.

*Orderic lib.*

13. p. 895.

*Malmesb.*

Secul. XII. atque Optimates quoque suos, quin &  
 A.C. 1130 Judæos Summo Pontifici munera afferre  
 iussit.

## §. VII.

*Innocentius Papa a Germanis salu-  
tatur.*

*Chro. Magd.* Innocentius in Germaniam ad Regem  
*M. S. ap.* Lotharium miserat Gualterium Archi-  
*Mabil præf.* episcopum Ravennatem, cum Legati po-  
*in Bern. n. 41.* testate, qui Concilio sexdecim Episcopo-  
 rum a Lothario Herbipoli, mense Octo-  
 bri, anno millesimo centesimo trigesimo,  
 convocato interfuit; in eo autem Inno-  
 centius Papa a Rege Lothario omnibus-  
 que præsentibus electus & confirmatus  
 est. Unde Legatus Papæ ex Germania  
 reversus literas attulit, in quibus a Rege  
 & Episcopis totius Gentis nomine roga-  
 batur, ut ad eos divertere & sua præsen-  
 tia Germanos honorare dignaretur. Per  
 affectum autem & devotionem Franco-  
 rum non statim abire licuit, sed demum  
 postquam varias Ecclesias invisisset, in  
 Lotharingiam transit & Leodium perve-  
 nit, ubi Franci Conventum celeberrimum  
 Episcoporum & Principum, Dominica  
 ante medium Quadragesimæ, vigesima  
 secunda Martii, anno millesimo centesi-  
 mo trigesimo primo, egerunt. Aderat  
 Rex Lotharius cum Regina conjugè,  
 cumque cuncti procederent ad excipien-  
 dum

dum Papam, prodiit Rex pedibus in Ec- Sæcul. XII.  
clesia Cathedrali, una manu tenens vir- A.C. 1130.  
gam, qua populi circumfusi cuneos arce-  
bat, altera frænum equi candidi, quo Pa-  
pa vehebatur, equisonis vices subiens.  
Tum etiam ex equo descendentem manu  
sustinuit. In eodem porro Concilio Leo-  
diensi Otto Episcopus Halberstadiensis,  
ab Honorio Papa ante triennium deposi-  
tus, rogante Rege & Proceribus restitu-  
tus est.

Tunc vero Rex Lotharius, ut ipsi vi-  
debatur, opportunam occasionem nactus,  
instantissime a Papa petere cœpit, ut ipsi  
Jus Investendi Episcopos, quo Henricus  
Imperator ejus Antecessor, ut supra me-  
minimus, ægerrime cesserat, restitueret.  
Expalluerunt illico his auditis Romani, *Sup. lib.*  
cogitantes, se jam Leodii incidisse in ma- *LXVI. §. 5.*  
jus periculum, quam quod Romæ evasis-  
sent. Dum trepidant, dum quid poten-  
tissimo Regi responderent, non occurrit,  
Sanctus Bernardus, præfens enim erat,  
generosum pectus turbidæ tempestati  
objiciens, & Regem intrepide affatus,  
quam intempestiva, quam a perfidia vix  
satis abhorrens esset ista postulatio ex-  
probravit, sicque brevi quidem sermone,  
sed mira industria & auctoritate obstu-  
pescenda nascens jurgium diremit.

Sæcul. XII.

§. VIII.

A.C. 1131.

Innocentius Papa in Monasterio S. Dionysiano.

*Suger. vit.* **L**eodio Papa in Franciam rediit, & in  
*Lud. p. 319.* Abbatia S. Dionysii Festum Paschæ,  
 quod hoc anno millesimo centesimo tri-  
 gesimo primo in diem decimam nonam  
 Aprilis incidebat, celebravit. Illuc Fe-  
 ria quarta in Hebdomada Majore perve-  
 nientem Sugerius Abbas, cum tota sua  
 Congregatione procedens, excepit. Pa-  
 pa in Cæna Domini more Romano Offi-  
 cium celebravit, & Donativum munifi-  
 centissimum, quod *Presbyterum* nomina-  
 bant, distribui jussit. Officium quoque  
 in Parasceve & in Sabbato Sancto, tota  
 nocte vigilans peregit. In Dominica  
 autem quasi secreto egressus est cum Mi-  
 nistris suis ad S. Dionysium *de Lestrée*;  
 ubi omnes Romanum cultum induerunt.  
 Tum inde exiit Papa conscenso equo al-  
 bo & palliato, gestans in capite Tiaram  
 operis Phrygii cum circulo aureo. Mi-  
 nistri quoque bini procedebant insiden-  
 tes equis, quos alba stragula & phalera  
 ornabant. Barones, Ecclesiæ S. Dio-  
 nysii Vasalli, & Castellorum Præfecti, pe-  
 dibus ibant, equitantem Papam prehen-  
 so equi freno deducentes. Quidam  
 etiam prævii, ut turbam impredientem  
 removerent, copiosam monetam jaçtita-  
 bant.

bant. Platea falicibus & inde penden-  
 tibus aulæis rutilabat. Nobiles, popu-  
 lusque obsequii causa occurrebant, & ne  
 quidem Judæi in colendo Papa ceteris  
 tardiores videri volebant, quibus, sibi  
 Librum Legis involutum & velo te-  
 ctum offerentibus, inquit Papa, *auferat*  
*Deus omnipotens velamen a cordibus ve-*  
*stris.* Hoc apparatu Innocentius Papa  
 ad magnam Basilicam, vasis pretiosissimis  
 decoratam, undique auro gemmisque  
 splendentibus, pervenit, & Sacris solemni  
 ritu, Abbate & Monachis ministrantibus,  
 operatus est. Missa completa, Pontifex  
 ejusque Comites in Monasterium peri-  
 stromatis ornatum deducuntur, ubi para-  
 tæ erant mensæ. Et primo, cubantes  
 more veterum, agnum manducarunt,  
 cetera fercula, ut alias adsueverant, co-  
 mederunt. Sequenti die ex Ecclesia S.  
 Remigii ad Majorem Ecclesiam processerunt,  
 sicque tribus post Pascha diebus  
 transactis Parisios venerunt, ubi Rex  
 Pontifici, gratias dicenti, consilium & au-  
 xilium promisit.

Exinde Papa Franciæ Ecclesias iustra-  
 vit, sua abundantia ejus inopiam suble-  
 vantes; quod non levi oneri fuit, quo-  
 niam Curia Romanæ præfectos, & per-  
 multos Clientes secum trahēbat, de re-  
 ditibus vero Sacrae Sedis in Italia nihil  
 percipiebat. Aliquamdiu deinde Com-  
 pendii

U u 2

pendii

Sæcul. XII.

A.C. 1131.

Secul. XII. pendii moratus totum annum millesimum centesimum trigessimum primum  
 A. C. 1131. in Francia consumpsit.

## §. IX.

*Concilium Remense.*

Innocentius Papa omnes Occidentis Episcopos ad Concilium circa Festum S. Lucae Remis celebrandum convocavit; ecc vero dum ad iter faciendum se comparant, tristis casus urbem Parisiensem funestavit. Rex Ludovicus Crassus, decima quarta Aprilis anno millesimo centesimo vigesimo nono, Philippum filium suum, natu majorem, puerum formosum & magnæ spei, Regem ungi & coronari jusserat; sed eum, cum quadam die juvenili alacritate armigerum in platea insequitur, equus, animal natura sua ad omnia pavidum, forte sub pedibus ejus decurrentis porci specie consternatus, in terram effudit, lapsu tam infausto, ut subjectum sui corporis mole miserrime contriverit. Infelix Princeps nocte proxima sine confessione vel Viatico extinctus est, decima tertia Octobris. Corpus in Monasterio S. Dionysii terræ mandatum. Hujus mortis nuncio accepto Pontifex missos ad Regem parentem Geofridum Episcopum Catalaunensem, & Cardinalem Matthæum Episcopum Albanensem suo nomine consolationem suggerere jussit;

*Sup. vit.*  
*Lud. p. 318.*  
*Order. l. 13.*  
*p. 895.*  
*Chron. Maurin. p. 377.*

at Sugerius aliique viri, quorum familia-<sup>Sæcul. XII.</sup>  
ritati Rex adsueverat, formidantes, ne A.C. 1131.  
valetudine pridem labefactata subito de-  
ficeret, suaserunt, ut in Concilio oppor-  
tune congregato filium suum Ludovi-  
cum, secundo genitum nunc post obitum  
Philippi natu majorem, sacri liquoris un-  
ctione inaugurari & coronari præciperet,  
& sic æmulum tumultum antever-  
teret.

Dominica sequente, in Festo S. Lucæ,  
decima octava Octobris, cum Papa Suef-  
sione diversaretur, Ecclesia S. Medardi  
consecrata, inde Remos se contulit ad  
Concilium, quod dies ferme quatuorde-  
cim tenuit. Cui Archiepiscopi tredecim,  
Episcopi ducenti sexaginta tres, &  
plurimi Abbates, Clerici, Monachi, Fran-  
ci, Germani, Angli & Hispani adfuere.  
Inter Abbates in hoc Concilio præsentis  
celeberrimus erat S. Bernardus, quem <sup>vit. S. Ber-</sup>  
Papa a latere suo avelli non patiebatur, <sup>nard. lib. II.</sup>  
eumque in quolibet Cardinalium con- <sup>c. I.</sup>  
ventu, in quo de Salute Ecclesiæ delibe-  
randum erat, sedere jubebat. Privati  
quoque causas suas S. Bernardo expone-  
bant, qui deinde oppressorum tutor &  
Defensor rem ad Curiam Papæ defere-  
bat.

In hoc Concilio Electio Innocentii  
Papæ solemniter approbata, & Petrus  
Leonis excommunicatus, nisi resipisce-

U u 3 ret.



Sæcul. XII. ret. Præterea Canones septenderim ad  
 A.C. 1131. Disciplinam spectantes promulgati jam  
 prius in Concilio Claromontano, anno  
 to. 10. Conc p. 982. superiore, confirmati, & plerique in an-  
 tiquioribus Conciliis conditi. Mihi præ  
 ceteris memorabiles visi sunt sequentes.

Can. 3.

c. 6.

Viri Religiosi  
 non sint Me-  
 dici.

Nemo Bona Episcoporum mortuorum di-  
 riptat, sed ea Ecclesiæ & Successori ser-  
 ventur sub œconomi & Clericorum cu-  
 stodia. Hic Canon conditus videtur ad  
 reprimendam illorum Principum cupidi-  
 tatem, qui vacantium Ecclesiarum pos-  
 sessionem arripiebant; quod Guilielmus  
 Rufus Rex Angliæ solebat. Vi alterius  
 Canonis, Monachi & Canonici Regula-  
 res Legibus Civilibus & Medicinæ, unde  
 sibi pecunias comparent, non studeant.  
*Avaritiæ quippe flammis accensi, inquit  
 Concilii Patres, se Patronos causarum fa-  
 ciunt, & cum psalmodiæ & Hymnis vacare  
 deberent, gloriose vocis confisi munimine  
 allegationum suarum varietate justum &  
 injustum fasque nefasque in judicio defen-  
 dunt. Attestantur vero Constitutiones  
 Imperiales probrosum esse Clericis, si Di-  
 sceptionum Forensium periti esse cu-  
 piant. Turpis lucri amore etiam Cano-  
 nici & monachi, neglecta animarum cura  
 & contra Ordinis sui decorem, humana  
 corpora arte Medica sanitati restituere  
 pollicentur, & impudicis oculis ea aspi-  
 ciunt, quæ sine rubore ne quidem nominari*  
 ab

ab honestis hominibus possunt. Tandem <sup>Sæcul. XII.</sup>  
 Episcopis & Abbatibus hujusmodi scan- <sup>A.C. 1131.</sup>  
 dala dissimulare aut tolerare, addita De-  
 positionis comminatione, prohibetur.

Quidam illius ævi Scriptor vehemen-  
 ter invehitur in Monachos Causidicos,  
 qui non Psalmos, sed Decreta & Leges <sup>De clauf.</sup>  
 meditabantur, qui Genealogiæ operam <sup>abus. 6. c. 17.</sup>  
 dantes connubia illicita defendere cona- <sup>ap. Aug.</sup>  
 bantur (hujusmodi enim causæ in Judi- <sup>Vitt.</sup>  
 cio frequentissime agitabantur) qui ta-  
 bulis onusti Alpes superabant, & Romam  
 pergebant, negotium Principis Sæcula-  
 ris tractaturi. Dignum, quod notetur,  
 omnino illud est, quod Concilium Re-  
 mense disertis verbis solum Viros Reli-  
 giosos Professos Causidicos esse vel Me-  
 dicos vetet, & quasi tacite id Clericis Sæ-  
 cularibus concedat. Revera autem Lai-  
 corum ignorantia hoc malum efficiebat  
 necessarium, cum soli viri literati tam  
 Juris quam Medicinæ periti essent.

In alio Concilii Remensis Canone da-  
 mnantur illæ Feriæ, in quibus Milites ex  
 condicto conveniebant, ut vires suas &  
 promptitudinem ostentarent (nempe  
 Ludi Equestres) causa autem id prohi-  
 bendi adducitur, quod inde mortes ho-  
 minum & animarum pericula sæpe pro-  
 ficiscantur. *Quare, inquit Patres, si  
 quis eorum ibidem mortuus fuerit, quam-  
 vis ei poscenti Pœnitentia & Viaticum*

U u 4 non

c. 12.

Sæcul. XII. non negetur, Ecclesiastica tamen careat  
 A.C. 1131. sepultura. Non tamen apparet, has Le-

6. 13.

ges Ecclesiasticas, quamvis sæpe renovatas, ullum effectum fuisse secutum, aut ideo Dimicationes Militares & Hastatorum certamina fuisse sublata, quæ extitisse frequentissima per annos adhuc quadringentos legimus. In alio Canone sancitur, ut si quis, suadente Diabolo, violentas manus in Clericum vel Monachum injecerit, Anathemati subjaceat, & nullus Episcopus illum præsumat absolvere, donec conspectui Summi Pontificis fuerit præsentatus & ejus mandatum susceperit. In ultimo Canone Concilii Remensis Incendiariis anathema dicitur, quippe hæc domorum pestis in Provincia Belgica sæpissime grassabatur. In pœnitentiam tanti criminis reis injungitur, ut anno integro vel in Terra Sancta vel in Hispania militent.

§. X.

*Ludovicus junior in Regem ungitur.*

*Chron. Maurin. p. 378.* Rex Ludovicus Crassus die Sabbati vigesima quarta Octobris cum Radulpho Veromanduensim Comite, qui ipsi cognatus, & Regiæ Domui Præfectus erat, multisque Francorum Proceribus Concilium ingreditur, tribunal ascendit, Domni Papæ pedes osculatur; tum juxta Papam Cathedra posita sedens, & pauca

ca pro filio defuncto perorans, ex omnium Sæcul. XII.  
 audientium oculis lacrymas elicuit. Pa. A.C. 1131.  
 pa vero in Regem convertens intuitum  
 sic fari orsus, oportet te, Rex optime, in-  
 quit, ad illius summi Regis, per quem Re-  
 ges regnant, Majestatem mentis oculos at-  
 tollere & ejus voluntatem per omnia ve-  
 nerari. Ad eum filius tuus, simplicitatis  
 & innocentie puer, emigravit; talium est  
 enim Regnum Cælorum. Et qui unum  
 primogenitum tuum secum regnaturum su-  
 scipit, plures, qui post te regnare possent,  
 reliquit. (\*) Tuum potius est nos conso-  
 lari, scilicet homines extraneos & a pro-  
 priis Sedibus expulsos, quos equidem in Re-  
 gno tuo honorifice excepisti, & beneficiis  
 cumulasti. Dominus tibi vicem & per-  
 petuam mercedem reddat. Mox surgens  
 Papa oratione Dominica sub silentio di-  
 cta,  
 U u 5

(\*) Aptissimum ad persuadendum exemplum  
 in Regis solatium affert sapientissimus Pontifex,  
 cum hic dicit: David, \* o Rex, qui bonis Regi-  
 bus Exemplar virtutum fuit, dum filius \* Reg. 2. 12.  
 illius languesceret, gravissime ploravit: post-  
 quam vero mortuus nuntiatus est, de cinere &  
 cilicio, in quo jacebat, exsurrexit, vestes muta-  
 vit, manus lavit, ad convivium familiam convo-  
 cavit. Impossibile enim est non fieri quod fa-  
 ctum est. Et sciebat Vir Deo plenus quantum  
 peccaret, qui Divinae justitie vel voto contra-  
 ret &c. Act. Conc. Tom. VI. Part. II.

atur.  
 i vi-  
 dul-  
 ipsi  
 ctus  
 ibus  
 dit,  
 jux-  
 pau-  
 ca

Sæcul. XII. cta, pueri defuncti animam absoluit, &  
 A.C. 1131. Episcopus deinde Abbatesque monuit,  
 ut die altera, quæ Dominica futura erat,  
 iisdem vestibus, quibus in Concilio ute-  
 bantur, ornati, Regis novi consecrationi  
 interessent.

Igitur illa die vigesima quinta Octo-  
 bris, solito clarius Sol illuxit, & rebus  
 agendis suum obsequium obtulit. Papa  
 summo mane de Palatio Archiepiscopali  
 egrediens cum familia sua, & Præsulibus,  
 ad Ecclesiam Beati Remigii, ubi Rex cum  
 filio hospitabatur, perrexit, & a proceden-  
 tibus Monachis decentissime exceptus est.  
 Indeque omnibus Romani Pontificis In-  
 signibus fulgens, ut in maximis Festivi-  
 tatibus solebat, Tiara coronatus, puerum  
 consecrandum Ludovicum dictum, & de-  
 cem annos plus minus habentem, ad Ec-  
 clesiam Matricem Beatæ Mariæ deduxit,  
 innumera Clericorum, Nobilium, popu-  
 lique multitudine comitante. Ante fo-  
 res Ecclesiæ venientes expectabat Rex  
 cum multis Principibus & Præsulibus;  
 Pontifex Ecclesiam intrat, puerum coram  
 Altari sistit, & oleo, de manu Angeli olim  
 accepto, quo S. Remigius Clodoveum Re-  
 gem in Baptismo unxerat, Regem conse-  
 crat. Ita hac de re Scriptor illius ætatis  
 loquitur. Ceterum Ludovicus Crassus  
 solatio recreatus, cum novo Rege filio  
 suo

suo & Regina uxore, nam & ipsa ad au- Sæcul. XII.  
gendam pompam venerat, reversus est. A.C. 1131.

## §. XI.

*Acta Concilii Remensis posteriora.*

Die sequenti Innocentio Papæ in Con-  
cilio sedenti S. Norbertus Archiepi-  
scopus Magdeburgensis literas a Lotha-  
rio Rege scriptas reddidit, in quibus rur-  
sus obedientiam promittebat, & certio-  
rem faciebat, quod se ad expeditionem  
in Italiam suscipiendam cum omnibus  
regni sui viribus compararet. Rex An-  
glorum quoque Henricus, Hugone Ar-  
chiepiscopo Rotomagensi ornatissimas li-  
teras deferente, obedientiam Pontifici  
pollicebatur. Duo Reges Hispaniæ etiam  
missis per Episcopos provinciarum sua- *Sup. lib.*  
rum epistolis Papam salutarunt. (\*) *XLV. §. 66.*  
Hi  
Reges

(\*) Ein aufmerkssamer Leser der Kirchenges-  
schichte ersieht aus dergleichen Stellen zur Gnüge,  
daß alle Ehrliche Kayser, Könige und Fürsten,  
von den Zeiten des grossen Constantin an, den Bi-  
schöfen und sonderlich dem Obersten unter allen  
nämlich dem Römischen Pabste, alle erdenkliche  
Ehrerbietigkeit, und gebührenden Gehorsam er-  
wiesen. Die Protestanten aber zu unserer Zeit bil-  
den sich ein klüger zu seyn, als die ganze Christen-  
heit durch so viele Jahrhunderte. Sie verachten  
und verleumden die Römischen Pabste; ja sie ha-  
ben nach der Redeart des Windheim alle Bischöfe  
weg-

Sæcul. XII. Reges erant Alphonfus senior Rex Arago-  
A.C. 1131. niæ, & Alphonfus junior VIII. hujus no-  
 minis, Rex Castiliæ. Nam Alphonfo VI.  
 Rege Castiliæ fatis functo, Rex Arago-  
 niæ, ipsius gener, Titulum Regis Casti-  
 liæ cum nomine Alphonfi VII. sibi attri-  
 buit, cum Alphonfus deinde octavus di-  
 ctus, uxoris suæ Uracæ, & primi hujus  
 mulieris viri, Raimundi Burgundiæ Co-  
 mitis, filius, adhuc puer esset. At juve-  
 nis Princeps, anno millesimo centesimo  
 vige-

weggeworfen, und er schreibt in seinen Anmerkun-  
 gen zum allgemeinen Kirchenrechte der Protestan-  
 ten, wider das Zeugniß des Alterthums hin, die  
 Presbyters und Bischöfe wären allzeit ein Ding  
 gewesen. Wir wollen aber lieber dem Zeugnisse  
 des Tertullianus, der älter ist, als ein Protestant  
 glauben, da er in der Abhandlung von der Taufe sa-  
 get: Baptizandi munus Episcopo competit, tum  
 Presbyteris & Diaconis, jubente Episcopo, ut  
 ordo & pax in Ecclesia conservetur. Fleurius  
 Tom. I. Lib. 17. p. 706. Aus diesen Worten er-  
 hellet, daß, ob schon bisweilen die Bischöfe Presby-  
 ters genannt worden, die Presbyters doch in einem  
 nähern und eigentlichern Verstande von den Bischö-  
 fen unterschieden und ihnen unterwürfig gewesen.  
 Welches ein Tertullianus wohl muß gewußt haben,  
 sonst hätte er einmal nicht so schreiben können. Al-  
 lein bey dem Windheim vermag der Ausspruch des  
 Eislebischen in eine Kloster-Zunafser verliebten  
 Mönches mehr als das Zeugniß aller heiligen Vä-  
 ter zusammen genommen.

vigesimo secundo Rex salutatus, in Castilia Sæcul. XII.  
 annos triginta quinque imperavit. Ita A.C. 1131.  
 que ejus Vitricus solo Aragoniæ Regno, *Marianus*  
 cujus fines anno millesimo centesimo de- *lib. X. c. 10.*  
 cimo octavo, Cæsaraugusta in suam po-  
 testatem, expulsis Mauris, redacta, mul-  
 tum protulerat, contentus vivere jussus  
 est. Ergo duo illi Reges, missis ad Con-  
 cilium Remense Legatis, auxilium con-  
 tra Christiani nominis hostes efflagita-  
 bant, præsertim contra Morabitas, vulgo  
*Maraboutz* nuper natam Sectam Musul-  
 manorum, qui annis abhinc quadragin-  
 ta, postquam solvissent ex Africa, in Hi- *Bibl. Orient.*  
 spania, Duce Josepho, Teseffini, Maroca- *p. 623. 491.*  
 næ urbis conditori, filio Sedes fixerant.  
 Tandem Abbas Pontiniacensis ad Conci-  
 lium Remense literas attulit ab Eremitis  
 Cartusiensibus scriptas, quas cum Geo-  
 fridus Episcopus Carnotensis recitasset,  
 omnes, quotquot audierunt, admirati  
 sunt. In iis significabant, Episcopum  
 Gratianopolitanum ad extrema dedu-  
 ctum esse, hortabantur Papam, ne ani-  
 mum desponderet, sed Schismaticis for-  
 titer resisteret, & novellas Religiosorum  
 Virorum Congregationes Cisterciensium  
 & Fondebraldensium ejus Benignitati  
 commendabant.

S. Norbertus ad Concilium Remense  
 commeans veteres Ecclesiæ suæ Tabulas  
 a vermibus pæne corrolas attulit, easque  
 aucto-



Sæcul. XII. auctoritate Papæ renovari & emendari  
 A.C. 1131. curavit. Petiit etiam speciatim inferri  
 illos agros, quos ipse ex usurpatorum  
 manibus vindicaverat, obtinuitque pri-  
 vilegium, quod tunc quidem arcanum  
 tenuit, ut suo tempore, ubi faveret oc-  
 casio, Institutum Præmonstratensium in  
 Ecclesiam suam Cathedralem invehere  
 liceret.

## §. XII.

*S. Norbertus persecutionem patiens.*

Per annos quinque, quibus S. Norbertus  
 Ecclesiam Magdeburgensem rexerat,  
 multis adversitatibus vexatus fuerat;  
 postquam enim possessionem adiiisset, vo-  
 lens obtemperare Monito Apostoli dicen-  
 tis: *Episcopus domui suæ præesse sciat,*  
 convocata familia quæsit, unde sum-  
 tus mensæ Episcopalis acciperentur, &  
 quis œconomus eos administraret. Com-  
 putatis omnibus tam redditibus quam ex-  
 pensis, & in commentarium relatis, ap-  
 paruit, vix tantum superesse, ex quo Ar-  
 chiepiscopus cum sua familia mensibus  
 quatuor sustentari posset. Multum mi-  
 ratus Archiepiscopus interrogat, an hæc  
 Ecclesia olim fuisset opulentior, & an  
 ipsius Antecessores jura sua neglexissent,  
 eique responsum, quod aliqui ex Ante-  
 cessoribus non nullos agros Ecclesiæ pro-  
 pinquis suis donassent, aut ad tempus  
 con-

vit. c. 15.  
 1. Tim. 3. 4.

concessissent, alii quosdam fundos jure Sæcul. XII.  
 Feudali Vasallis dedissent, aut in Vasori- A.C. 1121.  
 bus resistere non valuissent.

Tunc vero Archiepiscopus, missis Nunciis, Fundos Ecclesiæ suæ possidentibus significari jussit; vel in judicio probarent, se hos agros a Majoribus suis accepisse, vel eos Ecclesiæ sine cunctatione restituerent, nisi temeritatis pœnas dare vellent. Usurpatores vehementer indignati, quod hujusmodi mandata acciperent a viro paupere & inermi, qui nuper misero asello insidens advenisset, crediderunt, nullum effectum inanem comminationem esse secuturum. At Præsul contumaces Excommunicationis Censura obstrinxit; qua severitate ipsi ad tristem admodum conditionem redacti sunt, quippe illa ætate, qui integro anno excommunicationi subjacuisent, infames habebantur, nec amplius in ullo Judicio audiebantur. Ergo magnam partem eorum, quæ ad Ecclesiam Magdeburgensem pertinentia possederant, dimiserunt, sed inviti, & immani odio contra Archiepiscopum concepto. Ille Clericos quoque offendit, cum omnes Ordinibus Sacris initiatos ad servandam continentiam, vel dimittenda sua Beneficia compelleret. *Cur vero, inquebant, virum istum alienigenam advocavimus, cujus mores nostris tantopere adversantur?*  
 Quare

**Sæcul. XII.** Quare Virum Sanctum multis injuriis  
**A.C. 1131.** afficiebant, ejusque famæ apud populum  
 detrahebant, ita ut denique omnibus fieret invisus, his, quod ipsis injuste possessa eriperet, aliis, quod formidarent, ne futuro tempore ejus rigorem experiri cogerentur, aliis quod vulgi clamoribus temere crederent. Præterea invidiam peperit Norberto, quod conderet complures Domos Religiosas, præsertim Ordinis sui, qualis erat illa de Sancta Maria Magdeburgi, unde Canonicis Sæcularibus viginti migrare jussis, Præmonstratenses introduxit. Tandem usque adeo inimici ejus odio accensi sunt, ut sæpius vitæ Præsulis insidiarentur.

Quodam anno cum S. Norbertus in Cœna Domini Pœnitentium Confessiones exciperet, adest aliquis juvenis ab ostiario turbide petens, ut ad confitendum peccata sua admitteretur. Sed Archiepiscopus respondit, se eum omnium ultimum auditurum esse. Ubi deinde intravit, propius ad se accedere vetuit, eique pallium, quo pœnitentium more tegebatur, detrahi jussit. Tunc vero conspecta est acutissima sica, sesqui pedes longa, atque ille interrogatus in quem usum hoc ferro se munivisset, ad Præsulis pedes provolutus libere fassus est, se ad Archiepiscopum interficiendum missum fuisse. Quin etiam facinoris auctores

res a quibus subornatus fuisset nominavit, obtupescens cunctis circumstantibus, illos ipsos latrones esse, quos ad consilium adhibere Archiepiscopus solebat. Ipse sicario quidem ignovit, in carcerem tamen mitti iussit, ut consciorum dedecus aperiret, illique saltem explorati flagitii pudore punirentur. Quo non obstante aliquis Clericorum, S. Viro familiarium, noctu ad horas Canonicas pergentem opprimere, sed irrita conatu, molitus est.

Interea Norbertus Clericis Præmonstratensibus potestatem fecit alium Abbatem sibi subrogandi, qui elegerunt Hugonem, S. Norberti Discipulorum primum. Eum igitur Magdeburgo Præmonstratum misit, cumque illud Monasterium usque ad annum millesimum centesimum sexagesimum quartum rexisset, naturæ debitum solvit. Aliis quoque monasteriis Abbates præpositi sunt, nempe ad S. Michaelem Antwerpia, Florentino, S. Martini Lauduni, Vivaria, & Bonæ Spei in Hannonia. Hi sex Abbates nihil antiquius habuerunt, quam celebrare Capitulum Generale, in quo statutum, ut, sequentes exemplum Monachorum Cisterciensium, Conventum universalem, ad concordiam morum in toto Ordine conservandam, singulis annis agerent. Ceterum cum deinde Capitulum quartum fuisset convocatum, in eo

*Hist. Eccles. Tom. XVI. X x præ-*

Sæcul. XII.  
A C. 1121.

Sæcul. XII. præsentibus Abbates octodecim numera-  
A.C. 1131. bantur. Tanta incrementa brevi tem-  
 pore Ordo Præmonstratensis acceperat.

## §. XIII.

*Alterum S. Ottonis in Pomeraniam  
iter.*

*vit. Lib. III.* Cum Innocentius II. Pontificatum as-  
*to. 2. Canis.* spicaretur, S. Otto Bambergensis al-  
*p. 420. Sup.* terum iter in Pomeraniam, post annos a  
*lib. LXVII.* prima profectioe quatuor elapsos, nem-  
*§. 31.* pe anno millesimo centesimo trigesimo,  
 suscepit. Aliam vero viam tenuit, &  
 Albi fluvio se committens per mediam  
 devecus Saxoniam & in Havelam amnem  
 delatus in Regionem Lutitorum, populi  
 Sclavonici, qui partes Ducatus Megalo-  
 politani & Brandenburgici incolebant,  
 pervenit. Sequebantur Episcopum pro-  
 ficiscentem plaustra quinquaginta, quibus  
 annona & multæ opes vehebantur, ut  
 sibi largitionibus populorum animos de-  
 vinciret. Tum aliquot urbes ignobilis  
 famæ peragrans, captivos redemit, Apo-  
 statas ad pœnitentiam recepit, Paganos  
 convertit, & baptizavit, Idolorum Tem-  
 pla destruxit, Ecclesias consecravit. Inde  
 Stetinum se conferre animo constituit;  
 nam compertum habebat, hujus urbis  
 incolas in Idololatriam fuisse relapsos.  
 Sed obsistebant Clerici, itineris socii, qui  
 barbari populi crudelitatem formidantes  
 Episco

Episcopum omni virium contentione ab hoc proposito dimovere conabantur. Sæcul. XII.  
A.C. 1131.

S. Otto eorum monitis & querelis fatigatus ait: *Satis intelligo, nos ideo huc venisse, ut deliciis corporis fruermur, difficilia enim & ardua omnia refugimus. Feram, quod mutare non possum. Cupe-rem quidem ad Martyrium sustinendum vos exhortari, sed neminem cogo, nemini vim infero; si juvare me ad Infideles pergentem recusatis, hoc unum vos rogo; ne impedimento sitis, sed eundi, quo mihi visum fuerit libertatem, quam vobis concedo, mihi non eripite.*

Hæc effatus Præsul cubiculo suo inclusus usque ad noctem in oratione perseveravit. Tum quemdam familiarium suorum fores oppellulare, & neminem, nisi disertis verbis vocatum ad se admittere jussit. Tunc vero vestem, qua iter faciens uti solebat, induit, ornamenta Sacerdotalia calicem ceteramque supellectilem, Sacris operanti necessariam, immittit in manticam, qua humeris suis imposita, solus per nocturnas tenebras egressus, viam, quæ Stetinum ducebat, arripit. Jamque lætissimus, quod importunissimos comites removisset, matutinas Horas recitare cœpit, & reliquo noctis strenue progrediens totam viam confecit. Interim Clerici, cum ad recitandos Psalmos matutinos surrexissent,

Sæcul. XII.  
A.C. 1131. cubiculum Episcopi adeunt, quo non in-  
vento vehementer obstupescentes, alii  
pedibus, alii equo, in varias partes ad  
eum perquirendum sparguntur. Ubi ve-  
ro illuxit cimbam jam jam ingressurum  
inveniunt. Ipse perterritus Deum ora-  
bat, ne a proposito abstraheretur. Illi  
autem ex equis descendentes, ad Episco-  
pi pedes provoluti sunt. Tum etiam  
Sanctus Otto in terram se se demisit,  
obortis utrinque lacrymis, cumque eos  
in patriam, cumque eos in patriam vel-  
let dimittere, omnibus viribus affirma-  
bant, nunquam futurum esse, ut aman-  
tissimum Patrem desererent, sed eum sive  
in vitam sive in mortem vadentem con-  
stanter secuturos esse.

**S. Otto.**

Ubi Stetinum perventum, in quadam  
Ecclesia ad portam urbis posita hospita-  
ti sunt. In partes vero scindebatur po-  
pulus, nam aliqui Fidem servaverant, sed  
plerique ad cultum Idolorum redierant.  
Hos Episcopi adventus turbavit; at ne-  
mo furiosus Idolorum Sacrificulis indi-  
gnabatur, qui collecta armatorum manu  
Ecclesiam obsederunt, lymphatorum mo-  
re vociferantes; solo æquandum esse hoc  
templum, omnesque in eo Christianos  
jugulandos. S. Episcopus Martyrii de-  
siderio flagrans, cultu Sacerdotali se or-  
nat, & Crucem Sacrasque Reliquias tan-  
quam arma Spiritualia arripiens, cum  
Cleri-

Clericis suis Psalmos decantare cœpit, Sæcul. XII.  
 ut certamen suum, quod modo subiturus A.C. 1131.  
 erat, Deo commendaret. Tetigit Barbarorum animos insolita constantia, obstupescebant viros sub ictu mortis positos mente tranquilla psallere. Jamque mitigati, atque ad suos conversi Sacrificulos, *muneris vestri est, ajebant, Religionem argumentis, non igne ferroque defendere.* Ita omnes sensim dilabuntur. Hæc die Veneris agebantur, quam & sequentem Episcopus cum suis in jejunio & oratione consumpsit.

In urbe Stetinensi degebat quidam Vir Nobilis, cui nomen Vistacus, qui non diu abhinc conscenso navigio prædæ causa varias maris plagas explorans, ab hostibus captus & in tetrum carcerem detrusus fuerat. Cum deinde Deum ardentissime oraret, ut se libertati restitueret, subito sopore oppressus, per illam quietem Ottonem Episcopum conspicuum habuit, a quo in primo ejus ad Pomeranos itinere sacro fonte ablutus fuerat. Is captivo dicere videbatur: *Veni, ut liberum te præstem, ea conditione, ut post acceptum beneficium mandata mea ad Stetineses perferas.* Vistacus evigilans, gressum movere tentat, seque a vinculis ferreis liberum miratur, procedit ad ostium carceris & apertum habet, tumque in littore maris cimbam nactus fuga



Sæcul. XII.  
A.C. 1131.

sibi consulit. Postquam Stetinum rediit, convocatis ad concionem civibus, & omnibus, quæ ipsi acciderant, expositis, *huic civitati, inquit, a Deo Vindice ingens malum imminet, quia ejus Cultum profanastis, sive illum ad Idola conversi omnino reliquistis sive Deum verum simul & falsos a vobis honorari posse credidistis.*

c. 15.

Post adventum vero Episcopi Vistacus liberius quam antea in Idololatriam invehatur, & S. Virum ad prædicandum populo Evangelium excitabat.

Die Dominica Episcopus, celebrata Missa, ut erat vestibus Pontificiis indutus, Clerico Crucem præferente, ad forum publicum deduci se jussit, & gradus ligneos conscendit, ex quo loco Senatores ad populum dicere solebant. Cumque orationem exorsus esset, & multi

Barbari im-  
mobiles.  
c. 16.

proposita doctrina delectarentur, aliquis ex Idolorum Sacrificulis populi cuneos ulnis removens, & suo clamore Episcopi vocem opprimens, loquentem conviciis jactis turbavit, populumque hortatus est, ut hunc Deorum inimicum truculenta morte pœnas dare cogerent. Jaculum unusquisque Barbarorum pro more Gentis manu tenebat, quod cum non nulli in Sanctum Episcopum vibrant, in illo quo telum excussuri erant, corporis habitu immobiles hæserunt, nec telum jacere, nec elevatam dextram demittere, nec

nec loco se movere valentes. Specta-  
 culum hoc erat Christianis jucundum, A.C. 1131.  
 & Episcopus arrepta, quam prodigium  
 offerebat, occasione, *sentitis jam, Fratres  
 mei, inquebat, quanta sit Domini poten-  
 tia? cur tela non conjicitis? quamdiu in  
 eodem situ perseverantes civibus vestris  
 visum movebitis? juvent vos Dii vestri,  
 si possunt.* Tandemque omnibus Bene-  
 dictionem Episcopalem impertitus re-  
 cessit.

Interea Seniores & saniores illius ur-  
 bis, postquam a tempore matutino us-  
 que ad mediam noctem consultassent,  
 statuerunt, Idololatriam penitus esse ex-  
 tirpandam, & Religionem Christianam  
 postliminio reducendam. Non passus est  
 Vistacus alium quam se ipsum tam opta-  
 tum nuncium S. Ottoni indicare, qui  
 cum altera die Stetinenses omnes obe-  
 dientes & subjectos habuisset, Apostatas  
 manuum impositione reconciliavit, ce-  
 teros baptizavit, atque editis miraculis  
 in fide confirmavit. Stetino S. Episco-  
 pus Julinum digressus omnes incolas,  
 nullo obstaculo, lucratus est, propinquo  
 exemplo urbis Stetinensis, quæ provin-  
 ciæ Caput erat, permotos.

S. Ottoni deinde ad Ruthenianos  
 (credo incolas fuisse Insulæ Rudenæ, quæ  
 olim Rugiæ pars erat) transituro Pome-  
 rani objiciebant; crudelem esse gentem

c. 18.

c. 22.

Sæcul. XII. & inflexibili ingenio, nullis humanitatis  
 A.C. 1131. legibus mitigatam. Nec tamen ista Epi-  
 scopum a proposito revocare potuissent,  
 c. 28. sed perpendens, illam Insulam ad Dicoe-  
 Baudran. sim Archiepiscopi Daniæ pertinere, no-  
 Rugia. luit sine ejus licentia ibi Verbum Dei  
 prædicare. Ergo Presbyterum ad eum  
 \* Joannes. misit, nomine Invan\* cum epistolis &  
 muneribus, quem Archiepiscopus maxi-  
 mæ lætitiæ sensum professus excepit.  
 Tum Præsul multa de S. Ottonis vita  
 edoceri voluit, cujus doctrinæ laudem &  
 factorum gloriam ex fama jam pridem  
 didicerat. Erat vero hic Archiepisco-  
 pus vir simplici & recto ingenio, scientia  
 & pietate plusquam mediocri, quamvis  
 externus corporis habitus rusticitatem  
 Sclavonicam redoleret. Quod vero ad  
 Prædicationem apud Ruthenos specta-  
 bat, dixit, se tam prompte responsum  
 dare non posse, rem enim prius ad Da-  
 norum Principes esse deferendam. At  
 cum Invan Presbyter tam longas moras  
 ferre non posset, donis cumulatus ad S.  
 Ottonem Dominum suum rediit, qui ac-  
 ceptis paulo post literis Bambergam re-  
 vocatus est. Igitur iter per Poloniam,  
 ingenti Ducis & ceterorum amicorum  
 ejus solatio dirigens, in Vigilia S. Thomæ  
 c. 29. vigesima Decembris Bambergam perve-  
 nit.

§. XIV.

Sæcul. XII.  
A.C. 1131.

*Ecclesia Hierosolymitana. Fulco Rex.*

Hierosolymæ Stephanus Patriarcha factus functus est anno millesimo centesimo trigesimo, biennio, ex quo Pontificatum susceperat, necdum completo. A non nullis veneno periisse dicebatur. Illud vero exploratum esse ferebant, ipsum Regi Balduino, se in ultimo morbo invisenti & interroganti, ut valeret, respondisse: *Domine, in eo statu sum, in quo me esse voluisti.* Stephani Successor fuit Guilielmus S. Sepulchri Prior, vir simplex & in literis mediocrem in modum versatus, sed optimo vultu & a moribus commendatus. Natione Flandrus erat, Regique & Principibus & toti populo carissimus, annos quindecim Sedem Hierosolymitanam tenuit.

G. Tyr. 13.  
c. 25.

c. 26.

Anno sequente millesimo centesimo trigesimo primo Rex Balduinus, sentiens se propediem moriturum, e palatio, abjectis omnibus Dignitatis suæ insignibus, egressus, in Domum Patriarchæ deferri voluit, quo Sancti Sepulchri Ecclesiæ prior esset. Ibiq; vocatis ad se Melisandæ filiæ suæ natu majori, Comiti Fulconi Genero suo, ipsorumque filio Balduino, annos duos nato, cum Patriarcha, Episcopi & complures Optimates præsentibus essent, Regnum, liberrimam potestatem

c. 28.

X x 5 statem

Sæcul. XII. statem & paternam suam Benedictionem  
A.C. 1131. impertitus est. Mox habitum Monachi  
 indutus, vota se illi Instituto annexa ser-  
 vaturum promisit, si convalesceret. Ita  
 obiit Rex Balduinus Burgenfis vigesima  
 prima Augusti anno millesimo centesimo  
 trigesimo primo, & penes duos Anteces-  
 sores suos ad Sanctum Sepulchrum sepul-  
 tus est.

Fulco Balduini gener & Successor  
 Lib. XIV. prius erat Comes Andegavensis, Cen-  
 6. 1. manensis & Turonensis, Filius Fulconis  
 Rechini, & Betradæ seu Bertelæ Mont-  
 fortia, quæ deinde Philippo Regi nu-  
 pfit. Fulco junior primis nuptiis duxe-  
 rat Guiburgam filiam Eliæ Comitis Ce-  
 nomanensis, ex qua duos filios & duas fi-  
 lias suscepit. Uxore autem defuncta  
 Hierosolymam peregrinatus est, ubi an-  
 no uno centum equites suis sumtibus  
 alens, Regis Optimatumque gratiam  
 iniit. Domum postea reversus, liberis  
 suis in matrimonio collocatis & compo-  
 sitis Reipublicæ negotiis, a Rege Baldui-  
 no Hierosolymam revocatur, qui eum in  
 generum elegerat. Porro Fulco solemn-  
 Ritu in Festo Exaltationis Sanctæ Crucis  
 decima quarta Septembris in Ecclesia S.  
 Sepulchri a Guilielmo Patriarcha corona-  
 tus, quamvis tunc sexagenario major ef-  
 set, annis exinde decem Regno Hieroso-  
 lymæ præfuit.

§. XV.

§. XV.

*Papa Claravalle.*

Sæcul. XII.  
A.C. 1131.

Interea Innocentius Papa in Francia versatus cum Monasterium Claravallense suis oculis lustrare cuperet, illo delatus *vit. VI. c. I.* singulari devotionis affectu a monachis, vili panno indutis, Crucem e ligno non satis polito præferentibus, & modeste cantantibus exceptus est. Episcopis & ipsi Pontifici lacrymæ obortæ sunt, omnesque morum gravitatem obstupescabant, cum viderent monachos in communi lætitia oculos terræ affigere, nec huc illucve impellente curiositate respicere, ipsosque cum omnium oculos in se raperent, neminem intueri. Nihil in illa Ecclesia Romanorum oculis occurrit, quod eorum cupiditatem irritaret; nudi conspiciebantur parietes, & nullius rei desiderium hos monachos spectantibus, nisi virtutis, cuius exemplum dabant, nasci poterat. Gaudium in hoc Festo totum Sanctum, totum Spirituale fuit. Mensæ accumbentibus hospitibus apponebatur panis furfuraceus, olera, legumina, & si forte pisciculum piscator attulisset, is soli Summo Pontifici inferebatur. Anno superiore Episcopatum Genuensem, morte *Mabil. Chro. Bern.* Sigefridi vacantem, sibi oblatum recusaverat S. Bernardus, & hoc anno millesimo centesimo trigesimo primo, cum electus

Sæcul. XII. A.C. 1131. ctus fuisset Episcopus in alia Franciæ Ec-  
clesia, scilicet Catalaunensi, oneri se sub-  
dixit, & alium nempe Geofridum Abba-  
tem S. Medardi Sueffione sibi subrogari  
curavit.

## §. XVI.

*Epistolæ S. Bernardi pro causa Papæ.*

Innocentio Papa in Francia diversante

ep. 124.

S. Bernardus complures epistolas ve-  
hementi stilo ad illos dedit, qui Innocen-  
tio adversabantur, eosque ad præstandam  
obedientiam permovere conatus est. In  
epistola ad Hildebertum Archiepiscopum  
Turonensem, quem Gerardus Inculis-  
mensis in partes Petri Leonis pertrahere  
satagebat, data, loquitur in hunc modum:  
*Nunquid non omnes Principes cognove-  
runt, Innocentium vere a Deo electum  
esse? Francorum, Anglorum, Hispania-  
rum Reges, atque etiam Rex Romanorum  
eum Papam recipiunt. Solus adhuc igno-*

2: Reg. 17. 7. *rat Achitopbel suum jam patefactum ac  
dissipatum consilium* (hic S. Bernardo de  
Gerardo Inculismensi sermo est) tum  
prosequitur: *Proborum omnium senten-  
tia, majoris partis consensus, & quod præ-  
cipuum est, pietas explorata Innocentium  
commendant.* Scribens etiam S. Bernar-  
dus Gaufrido de Loratorio, Doctore no-  
minatissimo, postea Archiepiscopo Bur-  
degalensi, & jam tunc magnæ auctorita-  
tis

ep. 125.

tis viro, ait: *Allemannia, Francia, Anglia, Scotia, Hispaniarum, & Hierosolymorum Reges Domino Innocentio adbaerent. Bene autem illum recipit Ecclesia, cujus & opinio clarior, & electio sanior inventa est, nimirum eligentium & numero vincens & merito.* Tum hunc Doctorem hortatur, ut Episcopo Inculismensi se se opponat, & Comitem Pictaviensem ad Ecclesiae unitatem reducere conetur.

Tandem S. Bernardus de eadem materia epistolam prolixam ad quatuor Episcopos Aquitaniae, videlicet Lemovicensem, Pictaviensem, Petrocoriensem & Santonensem dedit, in qua mores Episcopi Inculismensis depingit in hunc modum: *In Literis, quas nuper ad Cancellarium scripsit familiares, Legationis se se & onere & nomine honorari tanto indignius supplicat, quanto humiliter. Utinam tamen obtinisset, tunc quippe soli aut paene soli sibi nocuisset. An non videtis, quo hominem impellat amor gloriae? Legatio est gravis sarcina, praesertim humeris senilibus. Et tamen homini isti, aetate fracto, gravior videtur poena, reliquum breve dierum suorum spatium sine hac poena vivere. Et post alia, Episcopus Inculismensis primus aut inter primos scribit Papae Innocentio, Legationem postulat, non obtinet. Indignatur, resilit ab illo, transit ad alium,*

ep. 126.



Sæcul. XII. *Et ipsius se esse Legatum gloriatur. Quod*  
 A.C. 1131. *si Legati potestatem aut ab Innocentio ante non poposcisset, aut postmodum ab Antipapa non accepisset, credi poterat, alium quemcunque, etsi pravum, habuisse in defectione intuitum; nunc autem hominis ambitio excusari non potest. Nimirum Gerardus, diu magnus habitus inter suos, videri se ipso inferior erubescit. In eo agnoscitur pudor ille, quem*

Eccles. IV. *Scriptura loquitur adducens peccatum,*  
 25. *cum hominem, nempe terram & cinerem, non dico subjici, sed etiam non dominari pudet. Jam novos apud vos Legatus Papæ suo Episcopus cudit, ne soli sit sibi Papa. Nec mortuis Successores, sed vivis invulsos obtrudit, fretus tyrannica potentia Optimatum, qui suasurum civitatum Episcopos odio iniquo persequuntur.*

*Nunquid autem gratis talia Legatus accipiat pro Papa suo? en ille totam, ut Gerardus gloriatur, Franciam atque Burgundiam antiquæ ejus Legationi adjecit. Potest & adjungere, si vult, Medos & Persas, & quemcunque denique locum suis pedibus calcaverit, ut saltem ambitio vacuis nominibus pascatur. Homo non minus*

In Gerardum *sine fronte quam sine mente putat, se non*  
 Inculismen- *videri, dum omnibus suis vicinis visus materiam præbet, instar cujusdam negotiatoris, quæritantis lucra sua, & modo hunc modo illum explorantis venditorem, ut ab*  
 sem. *illo*

illo demum emat, quod amat, a quo vilius Sæcul. XII. A.C. 1131.  
 impetrare valuerit. Gerardus suo arbi-  
 trio eum Papam eligit, qui se Legatum esse  
 consenserit. Ergo nisi Legatus tu fueris,  
 Roma Papam habere non poterit? unde hoc  
 tibi in Ecclesia Dei privilegium? donec  
 spes tibi superfuit, ab Innocentio Papa  
 tua impudenti petitione obtinendi, quod  
 sperabas, Sanctus ille in epistolis tuis &  
 Papa fuit. Quomodo ergo nunc Schisma-  
 ticum criminaris? numquid cum vana spe  
 tua Innocentii simul & Sanctitas evanuit  
 & Papatus? heri tibi erat Catholicus &  
 Sanctus & Summus Pontifex, hodie ne-  
 quam, Schismaticus, & pacis turbator.  
 Heri Pater Innocentius, hodie Gregorius  
 S. Angeli Diaconus. Move illius iniqui  
 Judicis nec Deum times nec hominem re- Luc. 18. 2.  
 vereris.

S. Bernardus deinde vivis coloribus  
 ambitionem exhibet, quæ quamprimum  
 se se manifestat, ridetur, & solius hypo-  
 crisis auxilio emergit. Tum cœpti sui  
 memor & de Schismate differens in Ana-  
 cletum Antipapam ita declamat: *Quis*  
*vero ille, nisi HOMO PECCATI, qui*  
*postquam a Catholicis Catholicus canonicè*  
*electus est, locum Sanctum invasit, quem*  
*tamen non quia Sanctus, sed quia Summus*  
*est, affectavit? invasit, inquam, invasit*  
*armis, igne, pecunia, non vitæ merito vel*  
*virtutum, & Sedem Apostolicam, eadem*  
*qua*

Sæcul. XII.  
A.C. 1131.

qua invasit infania, usurpat. Nam illa, quam jactat conjuratorum suorum electio, non electio sed umbra est, & velamentum malitiæ. Nec electio nisi impudenter, nisi mendaciter dici potest. Stat quippe Sententia Ecclesiastica; post primam electionem non dari posse secundam. Etsi enim præsumeremus, formæ prioris electioni quidquam defuisse, ut concordie hostes contendunt, numquid secunda fieri debeat, antequam electio prima legitime discussa & abrogata fuit? Quapropter illi procul dubio peccatum habent, qui contra præceptum Apostoli: nemini cito manus imponas, promptissime Usurpatori temerario manus imposuerunt. Illi Schismatis auctores sunt.

In Anacle-  
tum Anti-  
pamam.

Ceterum nunc Judicium expetunt, quod initio expectare debebant, & intempestive justitiam offerunt, quam suo tempore oblatam renuerunt, eo nempe consilio, ut si jam judicium recusetur, vos iniusti esse videamini, si vero recipiatur, litigantibus inter se partibus ex moris mora nascatur, & interim rerum facies ex humana vicissitudine mutetur. An de vestra justitia desperatis, & damnum jam crescere non timetis, quemcunque causa exitum sortiatur? Quidquid, inquit, hactenus factum sit, modo petimus audiri, modo Judicium subibimus. Tergiversatio est. Nimirum nihil aliud ipsis super-

est, quo seducant simplices, & malevolos Sæcul. XII.  
 ad arma capienda impellant. Jam judi- A.C. 1131.  
 cavit Deus non Decreti sententia, sed Ope-  
 ris evidentia. Dei esse iudicium sene-  
 runt & consenserunt Archiepiscopi Gual-  
 terius Ravennas, Hildegarius Tarraco-  
 nensis, Norbertus Magdeburgensis, Conra-  
 dus Salsburgensis. Dei esse iudicium co-  
 gnoverunt & acquieverunt Episcopi Equi-  
 pertus Monasteriensis, Hildebrandus Pi-  
 storiensis, Bernardus Papiensis, Landul-  
 phus Astensis, Hugo Gratianopolitanus,  
 Bernardus Parmensis. Horum virorum  
 Sanctitas & auctoritas etiam hostibus re-  
 verenda, facile nobis, qui minorem & me-  
 riti & officii tenemus locum, ut cum ipsis  
 saperemus, vel etiam erraremus, persuasit.  
 Taceo multitudinem ceterorum Tusciae,  
 Campaniæ, Longobardiæ, Germaniæ,  
 Aquitaniæ, Galliarum denique & Hispa-  
 niarum & Ecclesiæ universæ Orientalis  
 Episcoporum.

Hi omnes unanimes non conducti pe-  
 cunia, non seducti fallacia, non illecti pri-  
 vato carnis vel cognationis amore, non  
 compulsi timore potentia Sæcularis, sed  
 Dei procul dubio voluntatem nec igno-  
 rantes nec dissimulantes, Petro Leonis re-  
 jecto Gregorium Papam sub nomine Inno-  
 centii ingenue receperunt. Præsulum sa-  
 ne nostrorum neminem in hac epistola no-  
 mino, quia omnes enumerare ratio com-

Hist. Eccles. Tom. XVI.    Y y    pen-

Sæcul. XII. *pendii non admittit, & paucorum invidio-*  
 A C. 1131. *sa memoria adulationis notam non effuge-*

\* Marmou-  
 stier.

*ret. Non autem prætermittendi sunt San-*  
*cti, qui mundo mortui, soli Deo placere qua-*  
*runt; nempe Camaldulenses, Vallumbro-*  
*sani, Cartusienfes, Cluniacenses, qui ex*  
*Majori-monasterio \* sunt, Cistercienses*  
*fratres mei, Cadumenses, Tironienses, &*  
*Saviniacenses. Tandem universæ Congre-*  
*gationes Clericorum Regularium & Mo-*  
*nachorum, secutæ exemplum Episcoporum*  
*suorum Innocentium Papam venerantur.*

*Quid Reges & Principes terræ memo-*  
*rem? an non omnes pari consensu unacum*  
*subditis sibi gregibus Innocentium ample-*  
*ctuntur? quis postremo in quocunque or-*  
*dine vitæ illustris & boni nominis homo*  
*id ipsum non sapit? & tamen adhuc isti*  
*nescio qua contentiosa importunitate re-*  
*clamare audent. Vocant in iudicium uni-*  
*versum terrarum orbem, quem cum sua pau-*  
*citæ conferre non erubescunt. Quis qua-*  
*so tantam Episcoporum & Principum ne-*  
*dicam populorum multitudinem in unum*  
*Concilium cogere possit? Quis tot San-*  
*ctorum Virorum millibus persuadeat, ut*  
*quod prius ædificaverunt, destruant, & ab-*  
*jecta justitia, errorem profiteantur? Quis*  
*deinde locus tantum conventum caperet?*  
*universæ quippe Ecclesiæ negotium est, non*  
*unius causa personæ. Videtis jam, quod*  
*ob rem impossibilem calumniam Ecclesiæ*  
 Adatri

Matri vestræ struitis, vobisque ipsis la-  
queum neclitis, ne ad ejus gremium rever-  
tamini?

Sæcul. XII.  
A. C. 1131.

Sed esto. Mutet consilium suum Deus  
(secundum hominem dico) revocet senten-  
tiam, convocet a finibus terræ Concilium,  
quosnam quæso sibi Judices dabunt? omnes  
quippe alterutri parti addicti sunt, & pars  
neutra alteram Judicis officium obire pa-  
tietur, atque ad litem magis protra-  
bendam quam componendam pacem tan-  
tus Conventus fatigabitur. Præter-  
ea, obsecro, cui Antipapa interim Ro-  
mæ custodiam tradet, quam tanto amo-  
re tamdiu concupivit, tanto labore & sum-  
tibus acquisivit, & tanto fastu possidet,  
tanto pudore timet amittere? frustra ta-  
men orbis terrarum in unum consueret  
conventum, si iste quidem causa caderet,  
& nihilominus non expelleretur Roma.  
Alioquin vero Innocentius Papa spoliatus,  
nisi restituatur, Judicium experiri non  
potest; nec Leges profecto cogunt, nec Ca-  
nones. Tandem de eo contenditur, quis-  
nam ex his duobus videatur esse Papa. Si  
Personæ comparentur, ut neutri sane vel  
destruere, vel adulari videar, dicam, quod  
passim dici reperies, & neminem arbitror  
diffiteri; videlicet Innocentii nostri fama  
nec æmulos timet, cum alterius ne quidem  
ab amicis tuta sit. Si electiones discutias,  
Innocentii promotio purior, & ratione

Y y 2

pro-

**Sæcul. XII.** *probabilior, & tempore prior est. Porro*  
**A.C. 1131.** *de tempore constat, & reliqua duo ex me-*  
*ritis & Dignitate eligentium probantur.*  
*Hanc enim, ni fallor, partem sanioverem in-*  
*venies, nempe Episcopos, Cardinales, Dia-*  
*conos & Presbyteros, quorum maxime in-*  
*terest Summum Pontificem eligere, & tan-*  
*to numero, quantus de Jure sufficit. Si*  
*consecrationem spectemus, an non ex parte*  
*nostra stat Episcopus Ostiensis, cujus est*  
*Romanum Pontificem ordinare? In fine*  
*Epistolæ S. Bernardus Episcopos Aquita-*  
*niæ ad resistendum Schismaticis præcipue*  
*Episcopo Inculismensi excitat.*

## §. XVII.

*Wulgrinus Archiepiscopus Bituricensis*  
*Innocentio favet.*

**Petr. Bitur.** **H**oc effectu neutiquam caruit S. Ber-  
**c. 62. tom. 2.** nardi conatus; id enim cognosci-  
**Bibl. Lab.** mus ex epistolis a tribus Aquitaniæ Epi-  
**P. 93.** scopis, scilicet Guilielmo Santonensi,  
 Guilielmo Petrocoriensi, & Guilielmo  
 Pictaviensi ad Wulgrinum Archiepisco-  
 pum Bituricensem datis. Ideo vero ad  
 hunc Præsulem confugiebant, utique  
 Aquitaniæ Primatem, quia ipse Gerar-  
 dus Sedem Burdegalensem, ipsorum Me-  
 tropolim, invaserat. Ergo Episcopus  
 Santonensis Archiepiscopum certioverem  
 facit, quod Gerardus, Principis favore  
 munitus, Episcopis Pictaviensi & Lemo-  
 vicensi

vicensi e Sedibus suis expulsis, alios in-  
 trusisset. *Intrusos vero, ait, non ordina-*  
*vit, quia nullus Episcopus se ad eos ordi-*  
*mandos socium præbere voluit. Abbatem*  
*quoque S. Joannis de Angelis e suo mona-*  
*sterio ejecit. Nobis vero apud Principem*  
*nostrum, quia intrusis cum ipso manus im-*  
*ponere recusavimus, tantam conflagavit in-*  
*vidiam, ut nos & Canonici nostri ex ædi-*  
*bus nostris & tota urbe excedere compulsi*  
*fuerimus. Sed Deo id permittente sce-*  
*lestus vir, cum per Diocesim nostram iter*  
*faceret, ab Aimaro, cognato nostro, stre-*  
*nue Equite, captus, modo in custodia deti-*  
*netur.*

Sæcul. XII.  
 A. C. 1131.

*Quare, rogamus, ad Ecclesiam Burde-*  
*galensem, quæ eum elegit Archiepiscopum,*  
*atque ad Episcopos Aginnensem, Petroco-*  
*riensem, Pictaviensem, Lemovicensem, nos-*  
*que, epistolas scribe, prohibe, ne ei obedia-*  
*mus, electionem ejus, Comite vim adhiben-*  
*te, Suffraganeis Episcopis non consentien-*  
*tibus, Episcopo Aginnensi omnibus viribus*  
*frustra repugnante peractam, abroga &*  
*nullam pronuncia. Milites, qui Inculis-*  
*mensẽ ceperunt, absolve, illos qui ad eum*  
*liberandum vim adhibuerint, excommuni-*  
*ca. Tandem Episcopis, Fratribus nostris,*  
*præcipe, ut Aimarum pecunia aliisque*  
*subsidiis adjuvent, quibus contra Princi-*  
*pem nostrum & Comitem Inculismensem se*  
*tueantur.*



Sæcul. XII.

A. C. 1131.

Episcopus Petrocorientis in sua Epistola Archiepiscopum Bituricensem nomine totius provinciæ suæ rogat, ut ipsos datis literis securos reddat, affirmat, quod firmissime Innocentio Papæ adhaereat, eosque in hac causa defensurus, atque etiam tutelam Regis Franciæ conciliaturus sit. Episcopus Pictaviensis se amore Iustitiæ exulem dicit, & ab Archiepiscopo petit, ut Gerardum & conscios repetita excommunicationis censura feriat. Archiepiscopus ergo Bituricensis, quatuor Episcopis Aginnensi, Pictaviensi, Petrocorienti & Santonensi, qui cum Inculismensi tunc temporis soli erant Suffraganei Ecclesiæ Burdegalensis, quod exoptabant, scripsit. Eadem epistola etiam ad populum & Clericos Burdegalenses dirigitur, in qua monentur, firmi in obedientia, Innocentio Papæ promissa, persistere, Principum minas & persecutionem ob tam justam causam contemnere, & omnibus viribus Gerardo Inculismensi, manifesto Schismatico, se se opponere. In altera epistola dicit, Innocentium Papam a Regibus Franciæ, Angliæ, Germaniæ, Hispaniæ, Hierosolymæ & ab omnibus ferme totius orbis terrarum Principibus recipi, Gerardum autem in Concilio Remensi damnatum & depositum fuisse.

Cete-

Ceterum Dux Aquitaniæ solus trans alpes reperiebatur, qui Antipapæ factionem fovaret. Huic S. Bernardus sub idem tempus, nomine Hugonis Ducis Burgundiæ, ejus propinqui, scripsit, excitans ad Schisma damnandum. Atque in ea epistola de Schismaticis præter alia dicit: *Habent tamen Ducem Apuliæ, sed solum ex Principibus, ipsumque usurpatæ coronæ mercede ridicula deceptum. Denique quid boni, quid virtutis, quid honestatis afferunt de Summo Pontifice suo, ut & nos provocent ad favorem? si vera sunt, quæ ubique divulgat opinio, nec unius dignus est viculi potestate, si vera non sunt, decet nihilominus Caput Ecclesiæ non solum vitæ habere Sanctitatem, sed & famæ decorem.*

## §. XVIII.

*Tractatus Arnulphi Sagiensis contra Schismaticos.*

Quæ vero in Schismate contra Anacletum Antipapam tunc vulgabatur, to. 2. Spicil. p. 336. perspicimus ex Tractatu Arnulphi Archidiaconi Sagiensis & postea Episcopi Lexoviensis, Geofrido Episcopo Carnotensi & Innocentii Pontificis Legato inscripto. Arnulphus tunc in Italia versabatur, quo cum Leges Romanas addiscendi studium petraxerat; quare cum absens Ecclesiæ suæ aliud obsequium præstare non pos-

Sæcul. XII.  
A.C. 1131.

ey. 127.

Sæcul. XII. fet, hunc Tractatum scripsit, in quo to-  
 A.C. 1131. tum Schismatis negotium discutit, &

c. 15.

primo de Gerardo Inculismensi, secundo  
 loco de Petro Leonis & tertio de Inno-  
 centio Papa differit. Ubi de Gerardo  
 agit, dicit; Ipsum, humili loco & paren-  
 tibus pauperrimis natum in Normannia,  
 compulsus fuisse ex patria in exteram  
 Regionem nempe in Aquitaniam migra-  
 re. Episcopum deinde non suo merito  
 sed fortunæ cœcæ beneficio fuisse ele-  
 ctum, cum divisæ eligentium partes nul-  
 lam aliam ad finem litis perveniendi  
 viam sibi superesse putassent. Tum ser-  
 mone in Gerardum directo, *Ecclesiam*  
*quamdam, inquit, ædificari curasti, ne ti-*  
*bi prætextus pecunias colligendi deesset.*  
*Nepotes tuos, homines & literis & hono-*  
*rum morum testimonio destitutos ad Di-*  
*gnitates Ecclesiasticas evexisti, iisque Ec-*  
*clesiæ Regimen commisisti. Cetera Ben-*  
*eficia plus auri afferentibus concessisti, nul-*  
*lam dedicasti Ecclesiam, nullum Altare*  
*consecrasti, nullum Clericum ordinasti,*  
*nisi exinde lucellum tibi rediret.* Tum  
 c. 2. transiens ad Gerardi Legationem, vi cu-  
 jus ei jurisdictio in quinque Ecclesias Ar-  
 chiepiscopales competeat, non negat,  
 virum esse rebus gerendis aptum, scientia  
 & facundia præditum, sed dicit, sua  
 potestate abusum fuisse, ut avaritiam &  
 ambitionem satiaret, Concilia sine neces-  
 sitate

sitate coegisse, ut in iis præsidendi gloria Sæcul. XII.  
frueretur, & sic effecisse, ut Sancti Con- A.C. 1131.  
ventus vilescerent.

De Petro Leonis auctor dicit; Ju-  
dæum illum ipsius avum, postquam opes  
usuris partas congessisset, ad Christiano-  
rum Sacra eo consilio transisse, ut mu-  
tata Religione potentiam quæreret, Pe-  
trum vero, nunc Antipapam, adhuc in  
vultu originis suæ notas circumferre. (\*)  
*In Franciam missus est, inquit, ut illius  
Gentis amicitiam morum æqualitate &  
linguæ commercio sibi conciliaret. Cum  
vero juvenis ob lascivam vitæ licentiam  
& audaciam infamia laboraret, ad celan-  
dum dedecus, monachum induit in Clunia-  
censi monasterio tunc in universis Galliis  
illustrissimo. Familiæ suæ favore & po-  
tentia Cardinalis creatus, & variis Lega-  
tionibus functus, immensam cupiditatem  
exsatiare satagebat. Luxus præcipue in  
viro Ecclesiastico omnibus scandalo fuit;  
bis enim quotidie splendidissime epulaba-  
tur, fercula exquisiti saporis & ad deli-  
cias condita ponebantur, tanta abundan-  
tia, ut Episcoporum & Abbatum opes ex-  
hauriret. Nihilominus Ecclesias suis or-  
namentis spoliabat, & tandem nefandis se*

c. 3.

Yy 5 se

(\*) Quæ fuerint hæ notæ, non liquet, nisi forte Petrus barbam more Judæorum tonsam gesserit; sed nec ista conjectura satis placet.

Sæcul. XII. *se polluere commerciis, filios ex stupri con-*  
A.C. 1133. *suetudine cum sorore genuisse, pellicem sub*  
*virili veste latentem alere, & cum iter fa-*  
*ceret, circumducere accusabatur. Hæc*  
*passim de Anacieto Antipapa jactaban-*  
*tur.*

## §. XIX.

*Hildeberti Archiepiscopi Turonensis*  
*extrema.*

Epistola S. Bernardi ad Hildebertum Ar-  
 chiepiscopum Turonensem data opta-  
 tum sortita est effectum, nam Præsul ille  
 reliquo vitæ suæ tempore, quod breve  
 fuit, Innocentio Papæ favit. Obit vero  
 Hildebertus in beata senectute decima  
 octava Novembris anno millesimo cente-  
 simo trigesimo tertio vel certe sequente,  
 clarissima sui fama relicta, quam ei libri  
 in lucem editi pepererunt. Scripsit  
 quippe Epistolas centum triginta, Sermo-  
 nes centum & quadraginta, Vitam S. Ra-  
 degundis, & S. Hugonis Cluniacensis, ali-  
 quot Tractatus Morales & Theologicos &  
 denique carmina permulta. Collectio-  
 nem Canonum quoque inchoaverat, &  
 non nulli illam Præfationem, quæ in  
 fronte Libri Ivonis Carnotensis visitur,  
 Hildeberto auctori tribuunt.

*Lib. III. ep.*  
*53. al. 83.*

Cum Fulco Rechinus Comes Ande-  
 gavenensis voto se obstrinxisset, peregrina-  
 tionem ad S. Jacobum suscipere, ad eum  
 Hilde-

Hildebertus scripsit in hunc modum: Sæcul. XII.  
A.C. 1133.  
*Non nego, bonum omnino esse pie peregrinandi propositum; cuicumque vero Rempublicam regere incumbit, munus suscipit, quod nunquam nisi negotii majoris & utilioris causa dimittendum est. Talentis, quæ Paterfamilias Servis suis commisit, nullus Doctorum illud adnumerat, ei multas orbis terrarum regiones esse peragrandas; & S. Hilarion prope Hierosolymas habitans, semel tantum intravit, ne Loca Sacra spernere videretur. Tum Hildebertus Comitem monet, si in Hispaniam proficisceretur, viam per urbes Ducis Aquitaniæ, inimici sui, esse dirigendam, in quibus de Salute periclitaretur. Inde prosequitur: Sed forte mihi objicies, votum disertis verbis concepi, quod sine peccato violare non possum. Verum cogita, hoc votum a tua voluntate profectum esse, Dei autem voluntate factum, quod Princeps sis & populis imperes. Putasne, hujusmodi peregrinationis merito jacturam neglecti officii reparari posse? Si vero subditis tuis prodesse majus bonum est, quam peregrinationes suscipere, quod nemo, ut ego quidem arbitror, negaverit, in Palatio tuo permane, Reipublicæ tuæ vigila, Justitiam cole, pauperes, & Ecclesias tuere.*

Lib. I. ep. 15.  
at. 59.

In alia Epistola Hildebertus Honorium II. Papam in hunc modum alloquitur: *Obsecro!*

Sæcul. XII. *secro! boni consule, quod urgente necessitate*  
 A.C. 1133. *& iustitia tibi scribo. Nos ultra alpes po-*  
II. ep. 41. *siti nunquam didicimus, nec ullam Confis-*  
 al. 82. *tutionem Ecclesiasticam invenimus, omnem*  
*& qualemcunque Appellationem ab Eccle-*  
 Appellatio *sia Romana recipi oportere. Si novus hic*  
 raro conce- *abusus invalescat, actum est de Episcopo-*  
 denda. *rum auctoritate, & Disciplina Ecclesie*  
*omni vigore privata languabit. Quis rei*  
*alienæ raptor, si Episcopus excommunica-*  
*tionis pœnam comminetur, non appella-*  
*bit? Quis Presbyter concubinariis scort-*  
*tum suum longo tempore domi non serva-*  
*bit, temerariæ appellationis scuto tutus?*  
*Sacrilegia, rapinæ, adulteria impune re-*  
*gnabunt, dum frivola appellatione silen-*  
*tium imponetur Episcopo. Et infra: Scio,*  
*idque tota Ecclesia docet, Appellationis ve-*  
*fugium illis deberi, qui in iudicio infe-*  
*riore læsi sunt, qui Iudices suspectos ha-*  
*bent, vel quibus vis furentis multitudinis*  
*timenda est. Hic falsam decretalem S.*  
*Cornelii Papæ citat, sed affirmat, reji-*  
*ciendam esse appellationem hominum*  
*impudentium, qui iudicii rigorem tergi-*  
*versatione eludere conantur. (\*)*

Rur.

(\*) Iustissimæ sunt Hildeberti Turonensis que-  
 relæ. Non facile in Romana Curia audiendus est  
 appellans. Nec etiam Episcopos licentiam ap-  
 pellandi, datis literis quas vocant *Apostolos*, con-  
 cedere

Rursus in quadam Epistola Hildebertus Presbyterum vituperat, qui quæstionem in judicio criminali haberi obtinuerat de homine, a quo pecunias sibi furto ablatas fuisse suspicabatur (Servus, ut conijcere licet, fuerit) dicit, tantum rigorem tribunali Sæculari, non autem Disciplinæ Ecclesiasticæ convenire, Sacerdotem semper memorem esse debere, se non esse carnificem, & præstare, ut crimen impunitum relinquat, quam ut aliquis pœnam certam ob delictum incertum sustinere cogatur. Tum auctoritatem ex Epistola S. Augustini ad Macedonium adducit.

Sæcul. XII.  
A.C. 1133.

Aug ep. 153.  
al. 54.  
Sup. lib.  
XXII. §. 52.

Episcopus Carnotensis quemdam Presbyterum Sacris interdixerat, quod injecto saxo furem, ipsum interfecturum, occidisset. Postquam vero hic Presbyter ab officio Altaris annis septem fuisset remotus, Episcopus Carnotensis Hildebertum

cedere oportet; præsertim si Episcopus subditos sibi viros Ecclesiasticos delinquentes ex officio Pastoralis judicet & pœnam dicat. Alioquin reus ad Archiepiscopum appellabit, & damnatus Romam convolabit, sive juste sive temerarie. Et denique vilescere auctoritate Episcoporum nulla causa nisi Romæ finire poterit, si modo saltem altera pars litigantium opulenta sit, & par sit ferendis sumptibus. Quæ vero Justitia, ad quam solis divitibus, exclusis pauperibus, aditus patet?



Sæcul. XII. tum consuluit, an bene faceret, si eum  
 A.C. 1133. restitueret. Respondit Hildebertus, sibi  
 videri, non esse restituendum, etiam si  
 ep. 60. furem solum ideo necasset, ut propriam  
 vitam servaret, atque in rem suam testi-  
 monium S. Ambrosii attulit.

III. Off. c. 4. In Sermonibus Hildeberti complura  
 memorabilia tam circa Doctrinam quam  
 Disciplinam Ecclesiæ occurrunt. Nam,  
 quamvis Berengarii Discipulus fuerit, de  
 Evcharistia tamen Catholicè sentit & di-  
 cit: *Dubitare nullatenus debemus, quia  
 per Sacra verba Benedictionis Sacerdota-  
 lis panis in verum Corpus Domini No-  
 stri ita mutetur, ut substantia panis non  
 remaneat.* Imo etiam vocem *Transub-  
 stantiatio* adhibet, qua nemo ante ipsum  
 usus fuisse legitur. (\*)

Serm. 33.  
p. 422.

Serm. 93.  
p. 689.

Serm. 93.  
p. 772.

De Gratia in Hildeberti Sermonibus  
 ista leguntur: *Per Gratiam Novi Homi-  
 nis,*

(\*) Hildebertus Turonensis testis est Realis  
 Christi præsentia in Evcharistia & Transubstan-  
 tiationis eo irrefragabilior, quod errorem Be-  
 rengarii Magistri sui non ignoraverit, sed eo  
 rejecto Doctrinæ totius Ecclesiæ adhaerit.  
 Nullus objiciat, *Transubstantiationem* Hildeber-  
 ti novum inventum esse; quia non magis no-  
 va ista vox veritati realis præsentia nocere pot-  
 est, ac olim a Catholicis contra Arianos recens  
 inventa vox *Consubstantialis* Jesu Christi Divi-  
 nitati detrahere potuit.

nis reparatus & reconciliatus quotidie la-beris, nec tamen ab amica Gratia desere-  
ris. Et alibi: Gratia Dei erga homines officiosissima est, & quasi jurejurando ad succurrendum eis obstructa. Et infra: Si Creatura Justitia privetur, id ipsius non Dei culpa fit. Deus vult omnes homines salvari, atque ut nulli excusationi locus sit, præparat ipsis Gratiam, qua roborantur, subsidia distribuit, quibus juvantur, præmia offert, ut excitentur, minatur, ut timeant.

De Pœnitentia inquit; Confessionem præcedere debere initium jejunii Quadragesimalis; quia ordo rerum invertitur, cum prius peccata puniuntur, quam ea peccator confiteatur. Pœnitentes extra domos suas mansisse, & eos non nunquam ante completam pœnitentiam fuisse reconciliatos, ut in Paschate cum ceteris Fidelibus communicare possent. Notat, Fideles in Die animarum jejunasse.

Inter præcipuos Hildeberti Tractatus non ultimum locum ille tenet, qui in compendio integrum corpus Theologiæ complectitur, atque pro norma & exemplo posterioribus Scriptoribus, qui hanc Scientiam certa methodo tractandam susceperunt, fuisse videtur. Dividitur hoc Opus in Capita quadraginta & unum, atque Auctor primo agit de Fide, tum de Existen-

Sæcul. XII.

A.C. 1133.

Lib. I. ep. 16.

p. 51.

Serm. 18.

p. 301.

eod. p. 298.

Serm. 34.

p. 394.

Serm. 85.

p. 650.

B. 1009.

Sæcul. XII. Existencia & unitate Dei, de Trinitate &  
 A. C. 1133. præcipuis Attributis. Inde transit ad  
 materiam de Incarnatione, tum de An-  
 gelis, de Opere sex dierum, de Creatio-  
 ne Hominis in primo suo Statu, de ejus  
 lapsu, & de peccato in genere; Tandem  
 de Sacramentis. Verum ultima deside-  
 rantur, eaque quæ de Sacramentis singu-  
 lis scripsit, nobis non supersunt. Cete-  
 rum hic Tractatus magna industria & cu-  
 ra scriptus est, atque argumenta solerti  
 judicio selecta. (\*)

c. 12.

c. 24.

c. 40.

§. XX.

(\*) De Hildeberto Turonensi Natalis Alexan-  
 der Tom. XIII. pag. 245. hæc scripsit: *Hildeber-  
 tus in Cenomanis Lavardinensi castro oriun-  
 dus . . . post obitum Guilleberti Archiepiscopi  
 ad Turonensem Metropolim translatus anno  
 millesimo centesimo vigesimo quinto Pietate &  
 eruditione inter ævi sui Præfules celebris fuit.  
 Ipsi cum Archidiaconus Cenomanensis esset, dis-  
 solutioris vitæ & impudiciticæ notam inurunt  
 Cardinalis Baronius & P. Sirmondus in Notis  
 ad epistolas Goffridi Vindocinensis, imo ante ipsos  
 Ivo Carnotensis, cujus auctoritate nituntur . . .  
 Quamquam rumores illos de Hildeberti incon-  
 nentia tam publica, ut filios & filias genuisset,  
 falsos existimare par sit, & meras calumnias ab  
 ipsius æmulis sparsas; nec hominem tam profu-  
 gatae famæ Episcopum electum & consecratum  
 iri. Atque hanc labem ab Hildeberto abstergit  
 Chronicon Cenomanense a Patre Mabillonio edi-  
 tum*

§. XX.

Sæcul. XII.  
A.C. 1133.

*Cistercium exemptum ab onere Decimarum.*

Innocentius Papa, cum in Francia menses circiter octodecim versatus fuisset, imperata pecuniæ pensione, unde sumtus ad profectiorem suppeterent, viam, quæ in Italiam ducit, anno millesimo centesimo trigesimo secundo exorsus est. Cluniaci Festum Purificationis Domine Nostræ celebranti redduntur epistolæ, quibus Guilielmus Patriarcha Hierosolymitanus obedientiam promittebat. Privilegia Cluniacensium, præsertim immunitatem loci & securitatem contra raptorum vim confirmavit, quod ex duabus Bullis, altera ad Petrum Abbatem directa,

*Petr. Clun. I.  
ep. 18.*

*ep. 25. to. 3.  
Spicil. pag.  
152.*

tum Tom. III. Veterum Analectorum Cap. 35. ubi postquam illum ab Hoello Episcopo Archidiaconum constitutum dixit, subdit: Et post decessum ipsius propter scientia & honestatis suæ meritum, communi Cleri plebisque assensu in ejus loco substitutus est. Vir utique moribus placidus, verbo & actione modestus. . . . A.S. Bernardo commendatur Epist. centesima vigesima quarta, inscripta, Magno Sacerdoti & excelso in verbo Gloriæ Hildeberto Dei gratia Turo-nensium Archiepiscopo: Et Ecclesiæ columnam prædicat. &c.

*Hist. Eccles. Tom. XVI.*

Z z

secul. XII. eta, & Viennæ secunda die Martii data,  
 A.C. 1133. altera Valentia octava ejusdem mensis

data, & ad omnes Episcopos directa, perspicimus. Sed etiam Innocentius Papa S. Bernardo in præmium obsequiorum, quibus tempore hujus Schismatis Ecclesiam sibi devinxerat, Privilegium, tam Domui ejus Claravallensi quam toti Cisterciensium Ordini commune concessit, in quo præter alia dicit: *Statuimus, ut de laboribus, quos vos & totius vestrae Congregationis Fratres propriis manibus & sumptibus colitis, & de animalibus vestris, a vobis Decimas expetere vel recipere nemo præsumat.* Hoc privilegium, Lugduni decima septima Februarii anno millesimo centesimo trigesimo primo datum, postmodum inter Monachos Cistercienses aliosque præsertim Cluniacenses magni dissidii causa extitit.

Porro cum Abbatia Mirariensis, Monasterii Cisterciensis filia, in Diocesi Lugdunensi, anno millesimo centesimo trigesimo primo fundata fuisset, Monasterium Gigniacense, quod erat præcipuum Cluniacensium membrum, Decimas petiit, & quia Cluniacenses vehementius instabant, Innocentius Papa comminatus est, se Ecclesiam Gigniacensium Interdicto puniturum, nisi intra dies quadraginta ab inepto desisterent, literis ob hanc causam ad Abbatem Cluniacensem

sem datis. Is in Responfo queritur, hanc Sæcul. XII.  
 Papæ dispensationem veteri consuetudi- A.C. 1133.  
 ni esse adversam & suo Ordini maxime noxiã.  
*Nos vero, inquit, non solum mo-* Lib. I. ep. 33.  
*nachis & Canonicis, sed etiam Parochis &*  
*secularibus Dynastis decimas damus, cur*  
*ergo eas vicissim ab aliis non recipiamus?*  
*Ego quoque in quibusdam locis Fratribus*  
*Cisterciensibus decimas dedi, sed, Deo qui-*  
*dem sint Laudes, eorum aliorumque Reli-*  
*giosorum ubique terrarum in circuitu adeo*  
*multiplicatæ sunt domus, ut si omnibus de-*  
*cimas indulgeamus, decimum quemque Fra-*  
*trum nostrorum dimittendum & ex qui-*  
*busdam etiam monasteriis loco cedendum*  
*esse non dubitem. Rogamus te igitur, ne*  
*veteres filios tuos a novellis expelli patia-*  
*ris. Aut si Ecclesia nostra suis juribus*  
*privetur, me quoque habere non poterit.*

Longe prolixior, & acriore stilo con- I. ep. 34.  
 cepta est epistola ejusdem Petri ad Can-  
 cellarium Haimericum data. In eo com-  
 memorat Monasterii Cluniacensis Digni-  
 tatem, & singularem Tutelam, qua illud  
 Sacra Sedes ab exordio foundationis suæ  
 fovisset, tum subdit: *Inauditum omnino*  
*est, quod Papa, non dicam clarissimam Ec-*  
*clesiam, sed vel vilem mulierculam, solo*  
*suo arbitrio, causa non cognita, jure suo*  
*spoliaverit. Qua lege permissum est, Bo-*  
*na sua bis auferre, & aliis tradere, illis,*  
*quibus proprietas competit, non consen-*  
 Z z 2 *tienti-*

Secul. XII. A.C. 1133. *tientibus? Si Cistercienses nova quaedam  
acceperunt privilegia, nos plura habemus  
& antiquiora, & ab eadem auctoritate  
profecta. At dicunt aliqui: Cistercienses  
pauperes sunt, & vos divites. Sed at-  
tendant, quid dicat Salomon: ubi multa  
divitiæ, multi & qui comedunt eas. Re-  
quirite prius & conferte Cluniacensium  
& Cisterciensium census cum expensis, &  
sic demum quinam ditiores sint judicatis.  
Esto autem, pauperes sint, elemosynas in-  
digeant, an exinde sequitur, quod ipsis res  
alienas rapere liceat? Dedi quasdam deci-  
mas Cisterciensibus, quando eas ex ebari-  
tatis Christianæ officio petentibus conce-  
dendas esse existimavi, hodie vero eas vi  
novi auferre moliuntur. Et deinde de  
Papa loquens ait: Deinceps Innocentii Pa-  
pæ inimici insultabunt nobis, ut jam cepe-  
runt, Ecce, Cluniacenses habete Papam ve-  
strum, quem vobis, spreto monacho vestro,  
elegistis. Talem spem talis digne sequi-  
tur merces. Hic monachus spretus est  
Petrus Leonis Antipapa, olim professus  
Cluniacensis.*

ep. 25.

His epistolis aliam adjecit idem Pe-  
trus Cluniacensis ad Patres Cistercii in  
Capitulo congregatos. Inprimis præ-  
mittit, se eos Beneficiis, quoad in se fuit,  
& amore profecutum, & in eis venera-  
tum fuisse novæ Institutionis fervorem.  
Tum ad illa, quæ ipsi objiciebant, re-  
spondet:

spendet: *Æquum non est, dicitis, ut ex-* Sæcul. XII.  
A.C. 1133.  
*teri decimas laborum nostrorum auferant.*

*At mos servandus est, quem a Patribus nostris accepimus. Nam non solum Laici Decimas, sed etiam Ecclesiæ Ecclesiis, Monasteria Monasteriis, & non solum de labore agrorum sed etiam de suo pendunt. Majorem jacturam facietis, si bonam famam amiseritis, quam si quæstum exiguum rejicitis. Totus orbis amorem paupertatis in vobis admirabatur & laudabat, exinde autem avaritiam vestram arguet. Præstaret vobis pauperes esse, quam scandalum creare & charitatem lædere. Hæ epistolæ finem optatum non sunt sortitæ; sed litem singularem Gigniacensium, & jurgia de decimis ad universum Ordinem pertinentia magis magisque accensa tristes effectus secuti sunt. (\*)*

*v. Bern. ep.  
283.  
vid. Mabil.  
præf. in S.  
Bern. n. 48.*

Z z 3

§. XXI.

(\*) De his Epistolis Petri Cluniacensis in Tom. VI. Annal. Benedictin. legimus pag. 195. Verum non minus probabilia & ad Juris apices forsitan validiora reponerat Petrus Abbas. Tum ex epistola ad Haimericum excerpitur illud: *Quandoque ditior est pauper in tugurio quam Rex in solio; quia ille si satur est, jam nullius eget, iste dum multis millibus providere non potest, mendicat . . . . Nam ut quod verum sentio dicam: tale inde scandalum præparatur, quod nostro quidem tempore incipere, sed nostra nun-*  
*quam*



Sæcul. XII.  
A.C. 1133.

§. XXI.

*Innocentius Papa in Italia.*

*Act. ap. Ba-  
ron. 1132.*

Innocentius Papa postquam ad S. Egidium in Provincia pervenisset, inde per Alpes, quibus Genua cingitur, in Longobardiam se intulit, atque Astæ Pompejæ Festo Paschali, quod hoc anno millesimo centesimo trigesimo secundo in diem decimam Aprilis incidebat, celebrato, Placentiam venit, ubi, Episcopis ceterisque Longobardiæ Prælati ex provincia Ravennate & Marchia inferiore convocatis, Synodum egit. Inter hæc

*Chro. Magd. M. S.* Lotharius Rex in Longobardiam, ut promiserat, cum exercitu venit, & Festum Natalis Domini Meduinæ in Marchia Tarvisina celebravit. Itineris socium acceperat S. Norbertum, qui, Sede Coloniensi

*quam ætate valeat terminari; cuius rei Petrus non vanus fuit Vates. Et ex epistola ad Cistercienses: Nec potuit Satanas nequitie suæ utilius invenire consilium, quam ut eos, quos mundus admirabatur, ne admirans imitaretur, nota cupiditatis inureret &c. Denique in fine: Rogo ut supplex, ac consulo ut amicus, ut in causa ista, quæ nunc agitur, decimarum, vobis pariter & nobis consulatis: vobis ne infamiam, nobis violentiam inferatis; & ne nobis simul & vobis caritatem Christianarum animarum unicum remedium auferatis.*

nienſi tunc vacante, Cancellarii munere  
 in Italia fungebatur; In Roncaliis vero  
 in Conventu Generali cum Papa & Lon-  
 gobardis negotia ad Eccleſiam & Impe-  
 rium pertinentia tractavit. Indeque  
 Pontifex in Tuſciam progreſſus Piſas per-  
 venit, quo advocatis Genuenſium Orato-  
 ribus lites eorum cum Piſanis composuit,  
 utramque partem ad edendum juſjuran-  
 dum compellens, in cauſa belli, inter Ge-  
 nuenſes & Piſanos exorti, Pontificis ar-  
 bitrio ſe ſubmiſſuros eſſe, juſſitque, ut de-  
 inceps pacem colerent. S. Bernardus,  
 qui Papam in hoc itinere comitabatur,  
 hujus pacis conciliator fuit, cujus redu-  
 cendæ cauſa Genuam miſſus, tanta di-  
 cendi vi animos movit, ut una ferme die  
 rem perfecerit. Tunc quoque oblatum  
 ſibi Episcopatum Genuenſem ſecundo re-  
 cuſavit.

Sæcul. XII.  
 A.C. 1133.

Bern. ep.  
 129.

Pontifex ipſam belli hujus radicem  
 evulſurus, & Genuenſium fidem remu-  
 neraturus, eorum civitatem ad Archiepi-  
 ſcopatus apicem evexit, Syro ibidem  
 Episcopo Pallium dedit, Episcopos ſuf-  
 fraganeos in Inſula Corſica tres adjecit,  
 ipſumque ab omni Jurisdictione Archi-  
 epiſcopi Mediolanenſis exemiſit, ita ut de-  
 inceps novus Archiepiſcopus Genuenſis,  
 ſoli Papæ ſubjectus, ipſius etiam ſolius  
 manibus, ut Piſanus, conſecraretur. Hæc  
 ex Bulla decima nona Martii anno mille-

Sæcul. XII. simo centesimo trigesimo tertio data co-  
 A.C. 1133. gnoscimus. Ita Innocentius II. emen-  
 ap. Ughell. davit, quod Urbanus II. anno millesimo  
 to. 4 p. 1187. nonagesimo secundo egerat, cum Insu-  
 Ibid. tom. 3. lam Corsicam totam urbi Pisanæ dona-  
 p. 413. vit, omnesque illius Insulæ Episcopos  
 Sup. lib. Archiepiscopo Pisano subiecit, quod po-  
 LXIV. §. 8. tentissimis duarum urbium Genuæ & Pi-  
 farum civibus ingentis invidiæ occasio  
 fuit.

Innocentius igitur Pisis præstolaba-  
 tur Regem Lotharium, qui cum in Tu-  
 sciam pervenisset, cum Papa iterum con-  
 silia communicavit, placuitque ambobus,  
 missa omni mora, Romam contendere.  
 Papa in maris litoribus usque Viterbium  
 processit, at Rex via publica & recta in-  
 vectus ad S. Flavianum, duodecim ab  
 urbe milliariis Pascha celebravit, vigesi-  
 ma sexta Martii. Tum iterum conjuncti  
 & Territorium Sabinense emensi, prope  
 Ecclesiam S. Agnetis castra metati sunt,  
 quo Theobaldus Romæ Præfectus aliique  
 nobiles Romani Pontificem Regemque  
 excepturi occurrerunt. Ita Romam in-  
 trant prima die Maji, & Pontifex quidem  
 ad Palatium Lateranense divertit, Rex  
 vero, qui tantum duo millia equitum se-  
 cum ducebat, in monte Aventino tenta-  
 ria fixit. Inter hæc Pisani & Genuenses  
 in auxilium Papæ Innocentii cum navali  
 exercitu adsunt, cui civitatem Veterem  
 totam-

*Chro. Magi.*  
*M. S.*

*Aff. ap. Ba-*  
*ron.*

totamque oram maritimam subjugarunt. Sæcul. XII.  
 Dum hæc aguntur S. Bernardus, qui A.C. 1133.  
 apud Papam versabatur, datis ad Regem  
 Angliæ literis, omnium quæ acciderant,  
 certiore fecit, atque ad auxilium feren-  
 dum Papæ, quem liberrima voluntate re-  
 cepisset, excitavit. ep. 138.

Rex Lotharius quoque Epistolam ad  
 omnes Reges, Episcopos, Principes, &  
 universim ad omnes Fideles directam de-  
 dit, cujus Summa hæc erat: *Quoniam* to. 2. Spicil.  
*nos supremus Rerum omnium Dominus* p. 480.  
*Sanctæ Ecclesiæ Romanæ Defensorem con-*  
*stituit, longum iter, Episcopis, Abbatibus,*  
*Principibus & Equitibus nos comitanti-*  
*bus, suscepimus, cumque Romam contende-*  
*remus, sæpe Legatos a Petro Leonis Schis-*  
*matico misso in conspectum admisimus, qui*  
*nomine ejus querebantur, ipsum vi armo-*  
*rum oppugnari, qui potius in Judicio au-*  
*diri deberet, cum venire non detrectaret.*  
*Postquam vero hæc ad Episcopos & Cardi-*  
*nales, qui cum Papa Innocentio erant, de-*  
*tulimus, responderunt, viri utique in con-*  
*stitutionibus Ecclesiasticis versatissimi;*  
*cum Ecclesia universalis in hac causa sen-*  
*tentiam jam pridem protulisset, & Petrum*  
*Leonis damnasset, a privatorum nemine*  
*hoc judicium retractari posse.*

Itaque summæ gloriæ nobis ducimus,  
 quod Innocentium Papam Romæ & Cathe-  
 dræ Lateranensi reddiderimus. Dum ve-

Sæcul. XII.  
A.C. 1133.  
ro in monte Aventino sub tentoriis degimus, Petrus Leonis sapissime & vehementer nos ad ineunda pacis fœdera sollicitavit, quin etiam in pignus sinceræ fidei obfides & munitas arces obtulit. Quare cum nihil ardentius exoptavimus, quam Ecclesiæ pacem sine cæde & sanguine dare, Leonis consilia Proceribus, qui cum Innocentio Papa erant, communicavimus, ipsique etiam vades se daturos & munimenta pollicebantur. Tunc vero Adversarii nostras neclere, tergiversari, & promissis in nobis eludere, quæ cum non impleverint, tandem a Proceribus Curie nostræ, videlicet Norberto Magdeburgensi, Cancellario nostro, Adalberone Bremensi, ceterisque ibi nominatis, tanquam læsæ Divinæ humanæque Majestatis rei damnati sunt.

## §. XXII.

*Lotharius Imperator coronatur.*

Otto VII.  
Chron. c. 18.  
Innocentius Papa Regem Lotharium & Richildem conjugem ejus in Ecclesia Salvatoris in Laterano Imperatores coronavit, non autem in Ecclesia S. Petri ubi Anacletus Antipapa dominabatur. Quod quarta die Junii Dominica tertia post Pentecosten peractum est. Priusquam vero coronaretur, Lotharius Rex Papæ jurejurando se obstrinxit. (\*)

(\*) Formula hujus juramenti hæc fuit: Ego  
Lothar

tra Papa Comitissæ Mathildis allodia Imperatori, ejus filiæ Generoque, Henrico Duci Bavarix, concessit. Hæc Bulla octava Junii data. Interea Antipapa in montibus & turribus se se tuebatur, unde Lotharii milites infestans, cominus tamen dimicare suos prohibebat. Nec eo adduci potuit, ut pacta cum Imperatore iniret, aut meliora suadentem audiret, jus suum ad Papatum nulli dubio subjacere ratus. Itaque Lotharius cum septem septimanas Romæ consumpsisset, discedere cogitur, expugnandæ arcis S. Angeli, ceterisque Antipapæ munimentis capiendis impar. Nec vires sufficientes capiendis impar. Nec vires sufficientes, quibus Rogerium ejus Defensorem profligaret. Quin etiam deficiente ærario, unde modico agmini, quod ipsum sequebatur, stipendia daret, in Germaniam contendit, atque Herbipoli Festum Nativitatis Beatæ Virginis celebravit. Innocentius Papa, quia post abitum Imperatoris tuto Romæ remanere non licebat, Pisas rediit. Quamobrem S. Bernardus

Sæcul. XII.  
A.C. 1133.  
Diplom. Baron.  
*it. S. Bern.*  
*lib. 2. c. 2.*  
*Order. l. 13.*  
*p. 897.*

ep. 139.

*Lotharius Rex promitto & juro tibi Domino Papæ Innocentio tuisque Successoribus securitatem vitæ & in membris & malæ captionis, & defendere Papatum & honorem tuum & Regalia S. Petri, quæ habes, manutenere, & quæ non habes juxta meum posse recuperare. Bernardus ad annum 1133.*

Sæcul. XII. nardus data ad hanc urbem epistola gratulatus est, quod occasionem refugium & auxilium Summo Pontifici præbendi fortuna offerret, sicque ad Romanæ Civitatis Dignitatem quodammodo eveheretur.

*vit. ap. Boll. c. 18.* S. Norbertum, qui Imperatorem in itinere Italico secutus fuerat, Magdeburgum reversum, post paucos dies morbus corripuit. Corpus pœnitentiæ rigore debilitatum tam longæ profectiois laboribus, aeris vicissitudini & continuis molestiis succubuit; cumque quatuor menses ægotasset, animam efflavit die Mercurii in septimana Pentecostes sexta Junii anno millesimo centesimo trigesimo quarto, postquam Ecclesiæ Magdeburgensi præfuisset annos octo, atque ad annum ætatis circiter quinquagesimum pervenisset. Ecclesia ejus memoriam colit in die obitus; verum non ante annum millesimum quingentesimum octogesimum secundum a Gregorio XIII. Papa Catalogo Sanctorum adscriptus est. (\*)

§. XXIII.

(\*) Os Norberti *caelestem fistulam* vocat S. Bernardus, Epist. LVI. De eodem Epist. VIII. scribit: *Tanto vir ille in Divinis aperiendis mysteriis nobis promptior, quanto & Deo propior esse cognoscitur.* Nat. Alex. Sæc. XII.

§. XXIII.

Sæcul. XII.  
A.C. 1133.

*Thomas de S. Victore interficitur.*

*Order. l. 13.  
p. 895.*

In Francia, cum non nulli Optimates Ludovicum Junio- rem coronatum fuisse impatientissime ferrent, quod post patris Ludovici Crassi mortem suo arbitrio regnare sperassent, & non nulli indignarentur Præsules, qui sibi jus Regem eligendi & coronandi arrogare cupiebant, Ludovicus Crassus ex hoc Procerum molimine facile intelligens, eo consilio hæc fieri, ut filii sui paterno Regno exuerentur, statuit, nequiquam pati, ut tantæ perfidiæ auctores scelus inultum ferrent. Unde plerique crediderunt, Regis irati jussu viros duos intra breve temporis spatium morte truculenta fuisse sublato. Joanni III. Episcopo Aurelianensi, viro senectute gravi, Dignitatem Episcopalem abdicanti, Hugo ejusdem Ecclesiæ Decanus per electionem subrogatus, cum a Curia Regis redit, in itinere interficitur. Exinde diu Ecclesia Aurelianensis sine Pastore fuit.

Stephanus Episcopus Parisiensis Rege consentiente, quin & rogante, ad Abbatiam Monialium Chelensem \* emendan- dam & ordinandam perrexerat, assum- ptis secum Abbate S. Victoris, Abbate S. Maglorii, Subpriore S. Martini, com- pluribusque aliis monachis, Canonicis & Cleri-

\* Chelles.  
*ep. in not su-  
fior. ad ep.  
158. S. Bern.  
& tom. 10.  
Cont. p. 975.*



Sæcul. XII. Clericis. Cumque negotio peractor.  
A C. 1133. verterentur, juxta Castrum Dynastæ Gor-  
 niacensis subito ab ejus Vasallis nempe  
 Theobaldi, Archidiaconi Parisiensis, ne-  
 potibus, insidias Episcopo in via struenti-  
 bus, assultum passi sunt. Illi enim eva-  
 ginatis gladiis in agmen inerme irruunt,  
 & nec Deum, nec diei Sanctitatem, nam  
 Dominica erat, nec Episcopum, nec qui  
 cum eo erant Religiosos viros, reveriti,  
 Thomam Priorem S. Victoris inter Epi-  
 scopi manus trucidarunt, ipsi Episcopo  
 necem comminati, nisi se celeriter ex eo-  
 rum conspectu proriperet. Sed Episcopus  
 intrepide se se in medios gladios conji-  
 ciens Priorem semivivum, direque lace-  
 ratum, e manibus eorum abstraxit, ex-  
 hortans, ut confiteretur, & percussori-  
 bus suis ignosceret. Ipse lubenti animo  
 omnibus, qui in se peccaverant, dimisit,  
 peccatorum suorum remissionem contri-  
 to corde petiit, & accepto Viatico se co-  
 ram omnibus pro Justitia mori professus,  
 animam reddidit. Immane facinus vige-  
 sima die Augusti anno millesimo centes-  
 imo trigesimo tertio peractum.

Tunc vero Episcopus Parisiensis, da-  
 tis ad Archipresbyteros suos literis, ca-  
 dis auctores, conscios, eorum receptato-  
 res, & cum ipsis communicantes, ana-  
 themate percussit, ab absolute sibi soli re-  
 servata. Deinde tanti sceleris horrore  
 con-

conculus, cum etiam propriam vitam in tuto non esse collocatam existimaret, Claramvallem se recepit, unde data ad Geofridum Episcopum Carnotensem, Sacrae Sedis Legatum, epistola, funestum casum narravit, rogans, ut ad se Claramvallem veniret, ubi consultarent, quo pacto effectus forte futuros, prioribus pejores, prohibere valerent. Geofridus accepta epistola Claramvallem se contulit, & Legati Papalis auctoritate, missis ad Archiepiscopos Remensem, Rotomagensem, Turonensem & Senonensem, eorumque Suffraganeos, ad Synodum Jotri in Diocesi Meldensi celebrandam convenire omnes jussit. Episcopis ibi congregatis literae redduntur Hugonis Episcopi Gratianopolitani, qui S. Hugoni successerat, & Guidonis Prioris Cartusiae, hortantium, ut Patres Synodi eadem Thomae ulciscerentur, & quod justitia postularet, vigore Sacerdotali facerent. Illi, ut par erat, in reos excommunicationis fulmen intorserunt.

Saecul. XII.  
A.C. 1133.

Synodus  
Jotriensis.

S. Bernardus tunc temporis Claravalle morabatur, ex Germania redux, quo ad pacem inter Imperatorem Lotharium & nepotes Antecessoris ejus Conradum & Fridericum firmandam profectus fuerat. Cum vero ex variis literis comperitum haberetur, Archidiaconum Parisiensem ad Papam nuncios misisse, & conari suspi-

Sæcul. XII.  
A. C. 1133.

ep. 158.

suspicionem commissi latrocinii a se am-  
liri, S. Bernardus ad Pontificem episto-  
lam dedit & contra fraudem viri muni-  
vit; nam quia Archidiaconus in rem  
suam dicebat, Priorem a se non fuisse  
occisum, S. Abbas affirmat, Thomam  
Priorem ab ipso Archidiacono per suos  
nepotes fuisse jugulatum. *Oderat illum,*  
*inquit, & mortem ei jam ipso odio homici-*  
*cida minitari solebat, ob illicitas exactio-*  
*nes, quas sibi Archidiacono in Presbyteros*  
*minime jam, ut consueverat, usurpare li-*  
*cebat, Beati utique Thomæ zelo atque in-*  
*dustria adversante. Multi viri fide digni*  
*nunc perhibent, se has comminationes au-*  
*divisse. Vel certe edicat, si potest, quæ*  
*alia rixarum causa nepotibus ejus fuerit,*  
*ob quam impias manus in Sanctum Domi-*  
*ni injicerent? Si ergo iste qui causa, qui*  
*incentor, qui etiam (ut omnium pæne sus-*  
*spicio est) facinoris dictator extitit, si*  
*iste, inquam, impune ferat, quod utique*  
*mira impudentia de vestra Apostolica au-*  
*toritate præsumit, quanta putamus impu-*  
*nitatis ista in Ecclesia parturiet puniendæ?*  
*Alterutrum fore necesse est: aut nullos ex-*  
*nobilibus sive potentibus secundum Sæcu-*  
*lum admitti deinceps ad honores Ecclesia-*  
*sticos: aut passim permitti, Clericos ad*  
*omne illicitum libere Sacris Officiis abu-*  
*ti; ne forte, si quispiam zelo Dei accen-*  
*sus id prohibere tentaverit, ferro protinus*  
mili.

*militari, reus Justitia, trucidetur.* S. Sæcul. XII.  
 Bernardus Summo Pontifici quoque, no- A.C. 1133.  
 mine Episcopi Parisiensis, scripsit elegan-  
 tem epistolam, in qua deflet, quantum *ep. 159.*  
 solatium amiserit in Thoma Priore, *nam*  
*Episcopi nomen, ait, ego gerebam, ipse*  
*opus exercebat.* Tum subdit: *Si Theobal-*  
*aus vos adierit, non attendatis ad verba*  
*ejus, donec veniat, qui a nobis mittendus*  
*est, qui plenius veritatem insinuabit.*

Aureliani quoque Joanni ad Dignita-  
 tem Archidiaconi intruso, Clericos ex- *Ep. tom. 3.*  
 actionibus vexanti, Archembaldus Sub- *Spicil. pag.*  
 decanus & aliquot alii ex Clericis gene- *153. Etc.*  
 rosus pectus objiciebant. Archembal- *not. fus. ad*  
 dus querelas detulit ad Henricum Ar- *ep. 150. S.*  
 chiepiscopum Senonensem, nempe Sede *Bern.*

Aurelianensi vacante, atque ad Innocen-  
 tium Papam; sed tandem Joanne Archi-  
 diacono mandante, sub idem ferme tem-  
 pus, quo Thomas S. Victoris, a sicariis  
 perimitur. Qua de re S. Bernardus ad  
 Summum Pontificem scribens, eumque *ep. 161.*  
 ad duo paricidia severe puniendâ exci-  
 tans ait: *Utilissime ut multis videtur ju-*  
*stissimeque eos Apostolica falce ab omni*  
*succideres Ecclesiastica Dignitate, spe*  
*omni præcisa, sacrilegos unquam amplius*  
*vel ad minimum in Ecclesia Dei honoris*  
*gradum admissum iri.* Petrus Abbas  
 Cluniacensis quoque data ad Papam in  
 causa duplicis latrocinii, quo Archem-  
 baldus *Hist. Eccles. Tom. XVI. A a a bal-*

Sæcul. XII.  
A.C. 1134.

*I. epist. 17.*

to. 10. Conc.  
p. 977. *Et in*  
*Not. ad ep.*  
*S. Bern. 158.*

baldus & Thomas sublati erant, epistola, hortatus est, ut pœnis canonicis in latrones animadverteret, & sententiam, quam contra eos Episcopi in suo Concilio pronunciaverant, confirmaret. Porro egit quod monebatur Pontifex Innocentius, edita Constitutione ad Rainaldum Archiepiscopum Remensem, Hugonem Rotomagensem, Hugonem Turonensem eorumque Suffraganeos directâ, in qua, facta mentione de duplici cæde Thomæ & Archembaldi, iisque, quæ Præsules in Concilio Jotriensi egerant, confirmatis, dicit: *Quia vero vestra Sententia nobis nimium moderata videtur, præterea volumus, ut in nullo loco, in quo latrones præsentés fuerint, Officium Divinum celebratur, & si quis eos defendat, aut faveat, excommunicetur. Denique jubemus, ut Tbeobaldus Notarius ceterique Beneficiis, parentum aut propinquorum suorum crimine partis vel conservatis, priventur.*

§. XXIV.

*Concilium Pisanum.*

Innocentius Concilium Pisis celebrandum indixerat, quo cum S. Bernardus vocaretur, iterum iter in Italiam anno millesimo centesimo trigesimo quarto suscipere compellitur. Ceterum Mediolanenses amplexi factiones Analeti Antipapæ & Conradi, qui Regnum Italiæ affectave-

fectaverat, comperto quod Conradus Sæcul. XII.  
 conciliante S. Bernardo apud Imperato- A. C. 1134.  
 rem Lotharium in gratiam rediisset, S. Chro. Bern.  
 Abbatem rogarunt, ut ipsos quoque &  
 Imperatori & Innocentio Papæ, qui eos  
 Ecclesiastica Communione & civitatem  
 eorum Dignitate Metropolitana privave-  
 rat, reconciliaret. His igitur S. Bernar- ep. 132. 133.  
 dus rescribens, gratulatur, quod ad uni-  
 tatem Ecclesiæ redeant, & pacem in pa-  
 triam suam reducendi desiderio tenean-  
 tur. Excusat vero, quod modo ad eos  
 non divertat, ad indictum Concilium fe-  
 stinans, sed promittit, se in reditu ipso-  
 rum petitioni satisfacturum.

Cum S. Abbas Pisas pervenit, Conci- vit. S. Bern.  
 lium adiit, profecto amplissimum, utpo- c. 2.  
 te cui omnes prope Occidentis Episcopi  
 interfuerunt. Ipse toties aderat, quoties  
 de re gravis momenti deliberabant Pa-  
 tres, aut sententiam in aliqua causa pro-  
 ferebant. Omnes S. Virum revereban-  
 tur, & expectabant sæpe Episcopi ad Ab-  
 batis limen, donec admitterentur. Neu-  
 tiquam vero fastus S. Viri Episcopos mo-  
 rabatur, sed multitudo hominum, qui ei  
 colloqui cupiebant; & quamvis esset  
 virtute humillimus, tota Summi Ponti-  
 ficis auctoritas in solo Bernardo residere  
 videbatur. In eo Concilio Petrus Leo-  
 nis iterum excommunicatus, & ejus Fau-  
 tores, abscissa spe futuræ indulgentiæ de-  
 positi.

Sæcul. XII. A.C. 1134. *to. 10. Conc. p. 990.* *ep. ult.* positi. Alexander Episcopatus Leodien-  
sis usurpator in eodem Concilio depol-  
lus, accepto tristi nuncio, mœrore op-  
pressus haud diu post animam egit. Pra-  
terea ad Concilium Pisanum refertur Ca-  
nonizatio S. Hugonis Gratianopolitani,  
Pisis ab Innocentio Papa numero Sancto-  
rum adscripti, Episcopis & Cardinalibus  
approbantibus. Id enim dispicimus ex  
Papæ epistola, vigesima secunda Aprilis  
data, ad Guidonem Priorem Cartusie,  
cui vitam S. Hugonis scribere præcipit,  
utpote viro, omnium ab ipso actorum  
conscio. Guido quod jubebatur exse-  
cutus est.

Complures Præfules a Concilio re-  
deuntes & Tusciæ fines necdum egressos  
inimici invaserunt, & male mulctarunt.  
Haud modicum sane erat iter facientium  
agmen Archiepiscoporum, Episcoporum,  
Archidiaconorum, aliorumque Clerico-  
rum sua Dignitate conspicuorum, Abba-  
tum monachorumque, qui in diversa  
sparsi sunt, spoliati, vulnerati, a perse-  
quentibus strictis gladiis in fugam acti,  
alii capti & vicinis arcibus inclusi. Ar-  
chiepiscopus Remensis petulanter lacer-  
atus, & sauciatus, nulla Dignitatis Ar-  
chiepiscopalis & senilis ætatis habita ra-  
tione in carcerem detrusus est. Episco-  
pi Petrocoriensis eadem fors fuit. Ar-  
chiepiscopus Bituricensis & Senonensis,  
omni-

omnibus p̄ane rebus, quas habebant in <sup>Sæcul. XII.</sup> subsidium itineris, exuti Pontem tremu- <sup>A.C. 1134.</sup> lum ægerrime perveniunt, ibique capti secundo custodia traduntur, cum sociis, Archiepiscopo Embrodunensi, Episcopo Trecensi, hostili hasta ex equo excusso, & in terram dejecto, Episcopis Lemovicensi, Attrebatensi, Belicensi, Rhedonensi, aliisque, præterea Abbatibus S. Martialis Lemovici, Vezeliensi, S. Germani Parisiis, Corbejensi, Burgeliensi, multisque aliis; quippe urbs Pontremulus captis Prælati repleta erat. Petrus Abbas Cluniacensis, in Profectione Pisana socius cum captivis eo se contulit, rogatusque ab iis, data ad Innocentium Papam epistola, lamentabilem Præsum sortem edocuit, additis precibus, ut tantam audaciam severo iudicio reprimeret, & non solum facinoris auctores puniret, sed etiam pœnam ad totam Diocœsim Episcopi Lunensis, qui, cum fuisset ipsius officii totius diei itinere proficiscentibus præsidium præstare, eosque comitari, ne quidem Leucam unam cum ipsis processisset. At parum opis erat in Censuris Ecclesiasticis contra inimicos ferro armatos. (\*)

A a a 3      §.XXV.

(\*) In hoc loco subdit Cardinalis Baronius: Quæ autem hæc secuta sint nobis hætenus incom-



Sæcul. XII.  
A.C. 1134.

§. XXV.

*S. Bernardus Mediolani.*

*vita. lib. II. c. 2. n. 9.* Soluta Concilio Pisano Dominus Papatem ad reconciliandos Mediolanenses Abbatem Claravallis, quem multis precibus expetierant, cumque eo Guidonem Episcopum Pisanum & Matthæum Albanensem Cardinales a latere suo misit, qui Schisma Duce Anselmo illius urbis Archiepiscopo natum delerent, & ad unitatem Ecclesiæ devios revocarent. Suadente autem S. Bernardo consenserunt duo Cardinales, ut ipsorum consortio in hac profectioe adderetur Geofridus Episcopus Carnotensis, cujus viri merita S. Bernardus sæpius sibi explorata habebat. Mediolanenses, S. Abbati procul a ci-

comperta. Et post pauca: *Duraverunt hæc tempore mala, ad quæ spectant, quæ idem Petrus Cluniacensis habet in alia sua epistola lib. 4. ep. 33. Romam pro injunctis negotiis quemdam Priorem contendere voluisse, nec potuisse, eo quod audisset, . . . capi monachos, spoliari Episcopos, interfici Clericos, nec illis Religionem nec istis Dignitatem prodesse. Itinera obstructa latronibus, raptoribus campos, gladiatoribus servas oppletas, ipsumque Latium, singularem olim Romanæ gloriæ Sedem, non civibus sed barbaris & hostibus sævissimis infestatum, gemere. Hactenus Petrus Cluniacensis.*

a civitate milliariis septem obviam tur-  
matim procedentes, deosculabantur uni-  
versi pedes ejus, licet hoc ille moleste  
acciperet. Vellicabant etiam pilos de  
ejus vestimentis, ægrotantibus remedio  
futuros. Præcedentes itaque & subse-  
quentes lætis acclamationibus S. Abba-  
tem ad hospitium deduxerunt. Nego-  
tium deinde, cujus causa Bernardus &  
Cardinales advenerant, publice tractari  
cœpit, populus se submitit, reconciliata  
Ecclesia, & civitati pax rediit.

In illa Mediolanensi commoratione  
S. Bernardus complura miracula præfer-  
tim in energumenos edidit, quæ ipse vi-  
væ Fidelium fidei, ipsi autem Abbatis San-  
ctitati adscribebant. Adducunt ad eum  
mulierem, omnibus notam, quam annis  
septem immundus vexaverat spiritus, &  
supplices postulant, ut Dæmoni fugam  
imperaret. Tanta populi in se fiducia  
verecundiam Bernardo ingerebat, & hu-  
militas magistra, ne insolita tentaret,  
prohibebat. At contra erubescere, a  
populi fide suam superari, timebatque ne  
Deum offenderet, si Divinæ Omnipoten-  
tiæ diffideret. Tandem ausus suos Spi-  
ritui Sancto commendat, oratione præ-  
missa Dæmonem fugat, mulieremque  
tranquillam reddit & incolumem. Læ-  
tantur circumstantes, & levatis ad sice-  
ra manibus, Gratias Deo agunt. Quo

A a a 4 pro-

Sæcul. XII.  
A.C. 1134.

11. 106



dere omnibus viribus conabantur, con-  
 stanter rejecit. Ergo Ribaldus Anselmo  
 Schismatico per electionem sufficitur; <sup>Sæcul. XII. A.C. 1134.</sup>  
 Papa autem civitati Mediolanensi adem- <sup>Bern. ep. 131.</sup>  
 ptam prius Dignitatem Metropolis red-  
 didit. Porro cum S. Bernardus Medio-  
 lani multos ad conversionem morum suo-  
 rum permovisset, eorum numerus ad  
 constituendam novam Ordinis sui Con-  
 gregationem suffecit, atque anno sequen-  
 te 1135. non procul ab urbe Monasterium  
 conditum est, quod Claramvallem dixe-  
 runt. Mediolano S. Abbas, jubente Pa-  
 pa, Ticinum & Cremonam divertit, Res  
 Longobardiæ compositurus; sed Cremo-  
 nenses, prospera fortuna inflati, S. Viro  
 aures præbere renuerunt.

ep. 134.

## §. XXVI.

*Matthæi Cardinalis extrema.*

Matthæus Cardinalis Episcopus Alba-  
 nensis Pisas reversus ex illius pro-  
 fectionis labore ventris profluvium con-  
 traxit; æstivum enim tempus erat, quo  
 sol intolerabiliter ardens corpora adure-  
 bat. Per menses quatuor & dimidium  
 vi morbi reluctatus, nec lecto se tradi-  
 dit, nec quidquam de officiis consuetis  
 dimisit. In Curia Papali causis Ecclesia-  
 sticis assidue vacabat, Officium Divinum  
 & prolixam Cluniacensium Psalmodiam  
 exacte persolvebat, singulis diebus pro

Petr. Clun.  
II. mir. c. 17.

A a a 5 more

Sæcul. XII.  
A.C. 1134.

more suo Sacris ad Altare faciebat. Ita cum infirmitate corporis sui a die decima quinta Julii usque ad primam Decembris conflictanti nemo persuadere poterat, ut sibi ipsi parceret. Sed tandem in prima Adventus Septimana, deficiente natura, in lectulo decumbere compulsus, & ultimum vitæ tempus imminere intelligens, convocatis qui ipsi ab obsequiis erant, monachis, eos suo nomine Abbati & præcipuis officiorum præpositis in monasterio Cluniacensi, inprimis autem carissimis filiis suis S. Martini de pratibus, salutem supremo dicere jussit. Confitebatur omnibus qui ad eum invisebant, & absolutionem petebat pro more Monastico, scilicet, ut pro remissione peccatorum suorum Deum orarent. Cum Viticum acciperet, fidem suam de hoc Sacramento professus ait: *Confiteor, quod hoc Sacrum Salvatoris mei corpus vere & secundum essentiam illud sit, quod de Sancta Virgine assumpsit, quod pro Salute mundi crucifixum est, quod resurrexit & ad Cælum ascendit, quod venturum est judicare vivos & mortuos, cui incorporari, unum corpus cum ipso fieri, & vitam æternam acquirere spero. (\*)* Ita obiit super

c. 20.

c. 22.

c. 23.

(\*) Luculentum contra Protestantes testimonium, hanc de Reali præsentia Christi in Eucharistia,

cinerem & cilicium positus mane in Fe-  
sto Natalis Domini, sepultusque est die Sæcul. XII.  
A. C. 1134.  
altera, postquam ipse Papa, præsentem fu-  
nere, Missam solemnem ritu celebrasset.

§. XXVII.

*S. Bernardi reditus.*

Sancto Bernardo in Franciam per alpes vit. l. II. c. 5.  
n. 28.  
redeunte, pastores & armentarii de  
summis rupibus descendentes, procul  
adhuc stantes conclamando ejus Benedi-  
ctionem poscebant, tum ad caulas suas  
regredientes latabantur, quod manu su-  
per se extensa optatæ Benedictionis gra-  
tiam accepissent. Claramvallem perve-  
niens mira devotione dilectus Pater ex-  
cipitur, & quamvis lætitia in omnium  
vultu, modestia tamen & gravitas Reli-  
giosa in gestu relucebat. Nihil interim  
perturbatum in sua Congregatione inve-  
nit, nullæ querelæ audiendæ, nullæ rixæ  
componendæ, nihil mali absente Abbate  
Diabolus contexere potuit. Exinde qui  
Bernardo a consiliis erant, scilicet ejus  
Fratres germani & Geofridus Prior, post-  
modum Episcopus Lingonensis, ei insi-  
nuarunt, monasterium in quo consedis-  
sent, esse angustum, & recipiendæ adve-  
nientium ad conversionem multitudini  
non

ristia, in Ecclesia universali omnium temporum  
fidem fuisse.

Sæcul. XII.

A.C. 1134

non sufficere ac ita situm, ut extendi non posset; simul locum ostendebant condendo novo monasterio commodiorem. S. Abbas respondit: *Scitis hanc domum magnis sumtibus esse ædificatam, si eam confregerimus, Sæculares dicent leves nos esse homines & mutabiles, aut credent, quod nimis divitiis insaniamus. Quamvis divites non simus, cum careamus pecunia. Proinde temeritatis notam juxta*

*Luc. 14. 28. sententiam Evangelii non effugeremus, si inciperemus ædificare. Illi vero non acquiescentes, bonum, inquit, consilium, si Domo ista ædificata, cessasset Deus nos incolas ad nos mittere; nunc vero cum quotidie gregem suum augeat, aut advenientes repellendi sunt, vel amplius Cænobium condendum, cui sine dubio Deus optimus maximus providebit. Cessit monentibus Abbas, & consilio novi monasterii extruendi divulgato, Theobaldus Comes Campaniæ magnam pecuniæ vim contulit, & ampliora spondit subsidia. Vicini Episcopi, viri nobiles, mercatores opulenti, læti & nemine exigente opes congegesserunt. Ipsi monachi cum conductis operariis fabricæ incumbabant, alii lapides quadrabant, muros struebant, alii ligna cædebant, alii aquam ex fluvio per canales, ubicunque opportunum esset, deducebant. Ita surrexit domus multo citius, quam omnes speraverant.*

§. XXVIII.

## §. XXVIII.

Sæcul. XII.

A.C. 1134.

*De Ruperto Abbate & ejus Scriptis.*

Sub idem tempus ad immortalitatem translatus est Rupertus Abbas, quem Scripta sua celeberrimum effecerunt. Is inprimis Monachus fuit Cænobii S. Laurentii, e regione Coloniæ Agrippinæ, ubi Berengarium hujus Monasterii Abbatem & Heribrandum ejus Successorem Magistros nactus est. Ceterum totum vitæ suæ tempus legendis & scribendis libris impendit, primusque ejus partus fuit liber de Divinis Officiis, anno millesimo centesimo undecimo editus. Commentarios deinde in S. Scripturam concinnavit, secutus Ideam, quam conceperat, ut omnia, quæ Sacra Scriptura complectitur, ad opera trium Personarum Sanctæ Trinitatis referret. Opus Patris est Creatio, illo temporis spatio a Rerum principio usque ad lapsum primi hominis. Opus filii est Redemptio, a lapsu primi hominis usque ad passionem Jesu Christi, circa quam Sacrorum Librorum Pars maxima versatur. Opus Spiritus Sancti est Renovatio Creaturæ a tempore Resurrectionis Jesu Christi usque ad finem mundi. Amplissimum Librum Rupertus anno millesimo centesimo decimo septimo inscripsit Cunoni Abbati Sigebergensi, & postea Episcopo Ratis-



Sæcul. XII. Ratisbonensi, Defensori suo, a quo Fri-  
 A.C. 1134. derico Archiepiscopo Colonienſi com-  
 mendatus deinde Abbas Tuitienſis et  
 adverſo hujus urbis creatus eſt.

Non nulli querebantur, quod Ruper-  
 tus alique illius ætatis viri docti multos  
*Epist. ad Cu-* libros ſcribendi pruritu inſatiabili labo-  
*non. de Di-* rarent, dicebantque, ut ipſe Rupertus  
*vin. Offic.* refert, *ſufficiunt nobis Scripta Sanctorum.*  
*Nec omnia illa legere vacat, quæ Scripſit*  
*ediderunt, multo minus vero illa, quæ Do-*  
*ctores iſti ignoti, & auctoritate deſtituti,*  
*ex ſuo ingenio exprompta ſcriptitant.* Ru-

pereto illud inprimis objicitur, quod di-  
 xerit; Subſtantiam panis & vini in Eu-  
 chariſtia non mutari, ſicut Subſtantia  
 Verbi in Incarnatione non fuiſſet mutata.  
 Sed ſe ipſum explicat Rupertus, cum di-  
 cit, Subſtantiam panis & vini non muta-  
 ri quoad ſpecies ſenſibiles, & alibi diſer-

te ait: *Credamus affirmanti Salvatori,*  
*quod non videmus, videlicet quod panis &*  
*vinum in veram Subſtantiam corporis &*  
*ſanguinis ejus tranſierint.* Id ipſum præ-

tere in pluribus aliis operibus ſuis ex-  
 planat. (\*) Ceterum Rupertus Abbas

(\*) De Ruperto Tuitienſi in Natali Alexan-  
 dro hæc leguntur: *Rupertum Abbatem in gra-  
 viſſimum errorem circa Eucharistiæ Sacramen-  
 tum impegiſſe Cardinalis Bellarminus Libro de  
 Scripto*

mortalitatem exiit die quarta Martii an- Sæcul. XII.  
no millesimo centesimo trigesimo quin- A.C. 1135.  
to, a quibusdam Sanctorum numero in- Boll. 4.  
fertus. Nomen *Rupertus* secundum dia- Mart. to. 6.  
lectum Germanorum idem est ac apud p. 295.  
nos *Robertus*.

§. XXIX.

*S. Bernardus in Aquitania.*

Sancto Bernardo ex Italia reverso haud c. 6. n. 34.  
diu

*Scriptoribus Ecclesiasticis, & alii Auctorem eminentissimum secuti, asserunt, quod nimirum unionem hypostaticam panis & vini Eucharistici cum Verbo admiserit & propugnauerit. Et quidem ut hæc sibi tribueretur opinio ansam dedit Rupertus durioribus & subobscuris quibusdam locis. Libro enim secundo de Divinis Officiis, c. 2. Similiter, inquit, unum Verbum & olim carnem de Maria Virgine sumpsit, & nunc de Altari Salutarem hostiam accipit.*

Quamvis vero Rupertus eundem errorem in pluribus locis tradere videatur, eum tamen cum Fleurio excusat & defendit ex illis præsertim Rupertus verbis cap. 7. lib. 4. in Joannem: *Ubi Species utraque, panis & vini, inquit, de terra sumuntur, sed accedit Substantiarum ac Specierum Creator Deus: non superficietenus inducit, sed efficaciter hæc in Carnem & Sanguinem ejus convertit, permanente licet specie exteriori.* In fine addit Natalis: *Legatur uberrima & doctissima Domini Gabrielis Gerberoni Ascetæ Benedictini Apologia pro Ruperto. Quam etiam Fleurius citat.*

Sæcul. XII. diu Claravalle morari licuit. Nam Geo-  
 A.C. 1135. fridus Episcopus Carnotensis, Innocentii

Papæ in Aquitania Legatus, eum sibi ex-  
 petiit & obtinuit, ipsius opera usus ad  
 profligandum ex illa provincia Schisma,  
 quod Gerardus Inculismensis invexerat.

*vit. ep. 116.* Consensit Bernardus promisitque, se hoc  
*& ibid. not.* iter suscepturum esse, postquam Abba-  
*vit. n. 36.* tiam Buzejensem instituisset, nuper fun-  
 datam ab Ermengarde, Britannia Comiti-  
 tissa, quæ & ipsa Sacrarum Virginum ha-  
 bitum induit. Ceterum Bernardus iam  
 antehac, cum in Francia versaretur, nem-  
 pe anno millesimo centesimo trigesimo  
 primo, jubente Innocentio Papa, profes-  
 sionem in Aquitaniam cum Joffelino  
 Episcopo Sueffionensi inierat. Et tunc  
 quidem usque Pictavium pervenerunt,  
 ut cum Duce & Episcopo Inculismensi  
 consultarent. Sed irritus conatus fuit;  
 quippe Episcopus Gerardus, in Papam  
 Innocentium verbis invectus, Clericos  
 suos usque adeo accendit, ut ex eo tem-  
 pore Catholicos aperte persequi cœpe-  
 rint, & postquam S. Bernardus recessisset,  
 Decanus Pictaviensis Altare, in quo S.  
 Abbas celebraverat, destruxerit.

Dux Aquitania, solus Schismatis cis  
 Alpes Fautor, erat Guilielmus hujus no-  
 minis Nonus, anno millesimo nonagesimo  
 nono natus, qui anno millesimo centesi-  
 mo vigesimo sexto Guilielmo VIII. pa-  
 renti

renti suo successerat. Is primo Innocentii partes secutus, deinde Episcopi Inculismensis artibus schismate se involvi passus est. Cum aliquando Monachis S. Joannis de Angelis, ipsa die qua S. Joannis annis officium celebrabant, insultasset, & oblationes rapuisset, in Capitulo deinde Fratribus omnibus presentibus satisfecit. Tum iisdem & Baronibus suis spectantibus, ad Ecclesiam nudis pedibus, virgas manu tenens, processit, ante Altare in pavimento prostratus culpam dixit, atque ut damnum resarciret, monasterio pinguem Donationem scripsit, cujus Diploma anno millesimo centesimo trigesimo primo, sedente Anacleto Pontifice, datum est. Hoc igitur Principe consentiente, Gerardus, Episcopatu Inculismensi non dimisso, Archiepiscopatum Burdegalensem invaserat; verum pecunia, quam in clientes sparsit, destitutum, veritate paulatim elucescente, Proceres deserere coeperunt. Quare in illis locis, in quibus se ab adversariorum, vi securum existimabat, commorans, Conventus publicos, ut poterat, fugiebat.

§. XXX.

*Guilielmus Dux Aquitanicæ convertitur.*

Inter hæc per viros spectatæ auctoritatis,  
*Hist. Eccles. Tom. XVI. B b b* tis,

Sæcul. XII.  
 A.C. 1135.  
 Boll. 10.  
 Febr. com. 4.  
 p. 438.

Sæcul. XII.

A.C. 1135.

n. 37.

tis, qui ad eum securius audebant accedere, Duci Aquitaniæ significatur, quod Abbas Clarævallis & Episcopus Carnotensis, aliique Episcopi & Religiosi viri colloquium ejus expeterent, ut cum ipso de tanto malo removendo & pacis Ecclesiæ tractarent. Persuasumque est illi, ne tantorum virorum devitaret colloquium, quia posset fieri, ut communicato cum eis consilio, facile esset, quod antea creditum fuisset impossibile. Itaque in Partiniaco hinc inde conveniunt, atque de unitate Ecclesiæ, & Schismatis terribili malo, quod omnes Boni abominarentur, adeo diserte tractatum, ut Dux ex parte sano usus consilio, responderet, se in obedientiam Innocentii Papæ posse dare consensum, sed in restitutionem Episcoporum, quos sedibus suis expulisset, nulla ratione induci, quoniam implacabiliter se offendissent, & jurasset, se iis pacem nunquam daturum, vel ab offerentibus accepturum. Diu per Interitios protractus est sermo; dumque verbis vicissim se occupant, Vir Dei efficaciora arma corripens ad Altare Sanctum Sacrificium oblaturus accedit. Intra verunt Ecclesiam, quibus licebat Divini interesse mysteriis, scilicet Catholici, Dux vero Aquitaniæ, utpote alterius communionis & schismaticus, præ foribus permansit.

Per-

Sæcul. XII.

A.C. 1135.

n. 38.

Peracta igitur consecratione, & Pace  
 populo data, Bernardus motu plus quam  
 humano impulsus, Corpus Domini no-  
 stri super patenam ponit & secum tollit,  
 atque ignea facie & flammeis oculis non  
 supplicans, sed minax foras egressus Du-  
 cem verbis terribilibus aggreditur. *Ro-  
 gavimus te, inquit, & sprevisisti nos. Ecce  
 ad te procedit Filius Virginis, qui est ca-  
 put & Dominus Ecclesiæ, quam tu perse-  
 queris. Adest Judex tuus, in cujus nomi-  
 ne omne genu curvatur cælestium, terre-  
 strium & infernorum, adest Judex tuus, in  
 cujus manus aliquando anima tua deve-  
 niet. Numquid & ipsum spernes? num-  
 quid & ipsum sicut servos ejus contemnes?*  
 Lacrymabantur universi, qui aderant,  
 orationi intenti præstolabantur exitum  
 rei, & omnium suspensa expectatio Di-  
 vinum eventum sperabat. Videns Dux  
 Abbatem in spiritu vehementi proceden-  
 tem, & Sacratissimum Domini corpus  
 in manibus ferentem, expavit & dirigit,  
 membrisque dissolutis quasi amens solo  
 provolutus est. Elevatus a militibus  
 rursus in faciem ruit. Nemini loqueba-  
 tur, neminem intuebatur, saliva in bar-  
 bam defluente profundos efflabat gemi-  
 tus, & epilepticus videbatur.

Tum Vir Dei Bernardus ad eum pro-  
 pius accedit, & pede pulsans acclivem  
 surgere jubet, stare supra pedes & Dei au-  
 dire

B b b 2

**Sæcul. XII.** dire sententiam. *Præsens est, inquit, P.*  
**A.C. 1135.** *Etaviensis Episcopus, quem ab Ecclesia sua*  
*expulisti. Vade, eique reconciliare, in*  
*osculo sancto pacis fœdera cum eo jungite,*  
*& ipsum ad Sedem suam reducito. In*  
*universo principatu tuo divisos & discor-*  
*des ad caritatis unitatem revoca. Subdi-*  
*re Innocentio Papæ, & sicut ei omnis obe-*  
*dit Ecclesia, tu quoque electo a Deo Ponti-*  
*fici summo obtempera. Audiens hæc Dux*  
 non audebat respondere, sed statim oc-  
 currit, in pacis osculo recepit Episcopum,  
 & eadem qua eum expulerat manu, tota  
 civitate exultante, ad propriam Sedem  
 reduxit. Tum Abbas cum Duce famili-  
 rius & suavius loquens, paterno affectu  
 monuit, ne in tam impios & temerarios  
 ausus deinceps rueret, ne Dei patientiam  
 tantis irritaret flagitiis, & pacem initam  
 in nulla re violaret.

639.

**Gerardus**  
**assinguitur.**

Pace itaque Ecclesiæ in tota Aquita-  
 nia reddita, solus Gerardus in schismate  
 perseverabat. Sed non multo post, ad-  
 veniente Dei ira, miserandum in modum  
 domi suæ extinctus est sine Confessione  
 & Viatico, toto corpore horrendum ex-  
 tumescente. Ejus nepotes inventum  
 avunculi cadaver enormiter turgidum  
 in quadam Basilica humarunt, quod de-  
 inde a Geofrido Carnotensi Episcopo Se-  
 dis Apostolicæ legato extractum, alioque  
 projectum est. Nepotes quoque ejus ab  
 Eccle-

Ecclesia Pictaviensi eliminati sunt, & Sæcul. XII.  
 omnis illa progenies inanes querelas ad A. C. 1135.  
 exterarum regiones detulit.

Ceterum in hoc itinere Geofridus *Bern. IV.*  
 Episcopus Carnotensis sapius singulare *Confid. 6. 5.*  
 specimen dedit, nec tunc modo, sed to. *n. 14.*  
 to susceptæ Legationis suæ tempore,  
 quod ad plures annos extensum, quan-  
 tum ab avaritia alieno animo esset. Sem-  
 per suis sustentabatur sumptibus; cum-  
 que aliquando aliquis Presbyter turdum  
 obtulisset, noluit accipere, nisi dato pre-  
 tio, quod ille Presbyter invitus & erube-  
 scens accepit. Geofrido, aliquamdiu in  
 quadam urbe commoranti, Matrona, il-  
 lius Regionis Domina, mantile & discos  
 aliquot, ligneos quidem sed eleganter  
 elaboratos, devoto mentis affectu dono  
 dedit. Episcopus, orbis oblatos intuitus,  
 artem laudavit, sed permoveri non  
 potuit, ut acciperet.

§. XXXI.

*Sermones S. Bernardi in Cantica.*

Sanctus Bernardus Claramvallem lætissi-  
 mus revertitur, & aliquantulum  
 otium nactus aliis se negotiis occupat, *p. 40.*  
 nam secedens in casulam pisatiis\* tor- *\* Erbsstaus*  
 quibus circumtextam solus meditationi- *den.*  
 bus Divinis vacat. Nihil vero prius sibi  
 tractandum existimavit, quam de Canti-  
 co Canticorum, quod totum amores cœ-

B b b ; lestes



Sæcul. XII. lestes & spiritualium nuptiarum delicias  
A.C. 1135. spirat. Porro meditationes hujus Libri

*Mabil. præf*  
*in tom. 4. S.*  
*Bern.*

Divini fontes fuere, ex quibus Sermones  
hauit ad Fratres suos postea habitos  
Eos vero isto anno millesimo centesimo  
trigesimo quinto in Adventu cœptos  
anno sequente continuavit. Sæpe sin-  
gulis diebus, ubi nihil impediabat, præ-  
concione dicebat, sed non nunquam S.  
Abbatis fervor supervenientibus negotiis  
vel hospitibus interrompebatur, aut cer-  
te tam prolixè, ac ipse optabat, loqui  
non sinebatur. Non nunquam Sermo-  
nem proferebat extemplo; aderantque  
loquenti semper Novitii, sed non Fratres  
conversi, unde sæpius dicit, Auditores  
suos Sacris literis esse instructos. Con-  
cionandi hora præstituta erat vel ma-  
ne ante Missam & laborem manuum,  
vel ad vesperam. Ita S. Bernardus vi-  
ginti tres primos Sermones anno mil-  
lesimo centesimo trigesimo sexto, & se-  
quente, usque ad tertiam ipsius pro-  
fectionem in Italiam, composuit. Pri-

\* in Cantica. mum \* exorditur in hunc modum:  
*Alia vobis, Fratres mei, quam Sæcu-  
li hominibus, aut saltem alio modo di-  
cenda sunt; illis lacte opus est, secun-  
dum Apostolum, vobis vero cibus soli-  
dus præbendus.* Adjicit deinde, Fra-  
tres suos, sufficiente scientia de aliis  
duobus Salomonis Libris, nempe de  
Pro-

Proverbiis & de Ecclesiaste esse im-  
butos. (\*)

Sæcul. XII.

A.C. 1135.

Bernardo Cartusienſi de Domo Por-  
tarum prope Bellicum petenti, ut ipſi  
B b b 4 quod-

(\*) Ja das Hohe Lied Salomonis iſt auch ei-  
nes aus den Büchern der Heiligen Schrift, welches  
nicht ſo leicht zu verſtehen und auszulegen iſt. Allein  
es ſolget doch nichts nachtheiliges für die Religion  
daraus. Sehr luſtig zu leſen iſt der VI. Artikel in  
der Lutheriſch anmuthigen gelehrten Monathſchrift  
im Herntemond 1761. allwo die Verfaſſer folgende  
Schrift durchziehen, De Tempore Adventus Ma-  
gorum ad Chriſtum, Dialogus, habitus XVIII.  
Kalendas Februarias in urbano Collegio de pro-  
paganda fide coram ampl. S. R. E. Cardinalibus  
ejuſdem Coll. Præſectis atque Rectoribus. Au-  
ctore Liberato Faſſonio, ex Ordine piarum Scho-  
larum. Romæ. 1760. Denn nachdem ſie, auf die  
ihnen angewohnte hönische Art, mit welcher ſie ihre  
gerichtliche Ausſprüche über die Bücher der Ka-  
tholicken beſudeln, die Beſchwerniſſen angemer-  
ket, welche zwar machen, daß es ſehr ſchwer iſt, die  
Zeit der Ankuſt der Weiſen zu Chriſto dem Herrn  
zu beſtimmen, nicht aber, daß die wahre Religion  
darum in Zweifel könnte gezogen werden, beſchlie-  
ſen ſie ihre Cenſur mit dieſen Worten: Bey dem  
allen wundern wir uns, wie dergleichen Ge-  
ſpräche mitten in Rom, vor den Augen von  
Cardinälen, in dem Saale der Verſammlung  
von Fortpflanzung des Glaubens, und von  
der ſtudirenden Jugend, ſo ſelbige erziehen  
läſſet,

Sæcul. XII. quoddam Opus Spirituale scriberet, diu  
 A.C. 1135. operam denegavit, veritus, ne sua Opus-  
 scula tam pii Anachoretæ oculis indigna  
 Bernard. ep. essent. Sed tandem promisit se primo

153.

lässet, haben aufgeföhret werden können.  
 Wir schweigen noch, daß ein *Pater Piarum*  
*Scholarum* der Verfasser davon gewesen, und  
 daß diese Gespräche mit Erlaubniß der Obern  
 gedrucket werden dürfen. Denn wir getrauen  
 uns nicht, diese Sachen bey unserer Euan-  
 gelischen Censur durchzubringen; Wünschen  
 aber, daß einer unsrer gelehrtesten Theologen  
 einmal diese ganze Schrift beleuchten möge.  
 So weit diese unebetene Richter.

Wenn diese Leute keine Heuchler sind, so ver-  
 rathe sie, wie seuchte ihre Wissenschaft in Theolo-  
 gischen Sachen sey; da sie die Fragen und Zweifel,  
 welche dem Glauben schädlich seyn können, nicht,  
 nicht zu entscheiden vermögen. Was eine Euan-  
 gelische, das ist Lutherische, Censur sey, weiß  
 ich nicht; wohl aber, daß bey den Protestanten der  
 Scharfrichter dennoch keine Arbeit bekommt, wie  
 bey den Katholicken, wenn schon Bücher, welche der  
 Religion überhaupt höchst schädlich sind, an das  
 Licht treten. Lächerlich aber ist der Wunsch dieser  
 Verfasser, daß einer ihrer gelehrtesten Theologen die  
 Schrift des Herrn Liberatus beleuchten möge. Auf  
 diese Beleuchtung werden wir lang warten müssen,  
 denn derjenige Lutherische Theolog, welcher im  
 Stande seyn soll, Stellen aus der Heiligen Schrift  
 besser auszulegen, als die Katholicken, ist noch nicht  
 in der Zahl der gebornen Menschen anzutreffen.

Sermones suos in Cantica ei missurum esse, quamvis eos necdum in lucem edidisset, atque haud diu post promisso stetit, rogans, ut iis perlectis sibi rescriberet & moneret, an in isto labore ulterius procedendum, vel supersedendum esset. Cum Innocentius Papa, cui merita Bernardi de Portis perspecta erant, eidem quemdam Episcopatum in Longobardia destinaret, S. Bernardus data ad Pontificem epistola eum ab hoc proposito dimovere conatus est, non ideo quidem, quod virum Episcopali onere & honore dignissimum nesciret, sed quod non minus Longobardorum insolentiam & turbulentum ingenium novisset. *Quo animo futurum esse, inquit, putemus juvenem, viribus corporis fractum, & solitudinis quieti assuetum, in medio populi barbari, tumultuosi, procellosi? quo pacto tantæ Sanctitati & tantæ perversitati, tantæ simplicitati & tantæ perfidiæ convenire possit? serva hunc virum Religiosum, si placet, loco magis congruo, atque alteri populo, cui sic præsit, ut profit.* Secutus est summus Pontifex S. Bernardi hæc monentis consilium, & Bernardum de Portis Ecclesiæ Cathedrali Bellicensi præfecit; verum, illa post aliquot annos relicta, ad suam Cartusiam rediit.

Sæcul. XII.  
A.C. 1135.

ep. 154.

ep. 155.

Sæcul. XII.  
A.C. 1135.

§. XXXII.

*Oratio ad Templarios.*

*Opusc. VI.* **S**ub idem tempus atque ante anni millesimi centesimi trigesimi sexti exordium S. Bernardus Sermonem exhortationis ad Milites templi, rogatus ab Hugone, primo illius Sacræ militiæ Magistro, postquam hic Ordo late propagari cœpisset, scripsit. In quo dicit: *Novum hoc est Militiæ genus, superioribus Sæculis ignotum, quo gemino pariter conflictu contra hostes visibiles & invisibiles strenue decertatur. Non adeo rarum est conspiciere milites Sæculi fortiter dimicare, Monachis vero plenus mundus certatur, sed munus utriusque Ordinis, militaris & monastici, in vobis conjunctum videre, eo magis admiratione dignum est, quo magis insolitum.* Inferius dicit: *Nemo majore fiducia in prælium ruit, quam qui certissimus est, se post pugnam vel victoriam reportaturum esse, vel certe, si pro causa Dei cadat, gloriosum Martyrium.* Notat, quod milites in bellis hujus Sæculi præliantes animam suam periculo exponant, si belli causa justa non sit, nec recta militantis intentio, & ne quidem illius approbat victoriam, quin ipse occidatur alterum interficit. Sed affirmat bellum, contra Infideles susceptum, esse Deo gratum, adjiciens tamē

c. 3.

men, nec ipsos de vita esse deturbandos, Sæcul. XII.  
 si alia via coerceri possent, ne Christianos crudeliter vexent, vel opprimant. A.C. 1135.

Vitam vero & mores Militum Templariorum S. Bernardus nobis exhibet in hunc modum: *Eunt & redeunt ad nutum Magistri, qui ipsis præest. In cibis & vestitu omne superfluum cavent, sed soli necessitati consulunt. In communi, jucunda & sobria conversatione absque uxoribus & absque liberis degunt, nihil proprium ne quidem suam voluntatem possident. Nullo tempore aut otiosi sedent, aut curiosi vagantur, sed, cum non procedunt in hostem (quod quidem raro contingit) vel arma bebetata reparant, & acuunt, vel vestimenta scissa resarciunt, vel vetusta reficiunt, aut denique opus sibi a Magistro injunctum peragunt. Nec verbum insolens, nec opus inutile, risus immoderatus, murmuratio vel tenuis, ubi deprehenditur, relinquitur inemendata. Scacos,\* & aleas detestantur, borrent venationem, nec ludicra avium rapina delectantur. Mimos, & Comicos, cantilenas scurriles, ac ludorum spectacula respuunt & abominantur. Capillos tondent, nunquam compti, raro loti, sed magis neglecto crine hispidi, pulvere facti, & solis ardore adusti. Porro, imminente pugna, intus Fide, foris ferro, non auro se muniunt, equos habent veloces non pbaleratos. Consulte*

c. 4.

\* ludus laticulorum.

Sæcul. XII. *sulte ac caute in aciem se se comparant;*  
 A.C. 1135. *at ubi ad certamen ventum est, irruunt*  
*in adversarios, nec eorum furorem, nec*  
*multitudinem formidantes, sed sperantes in*  
*Dei auxilio, qui Dominus exercituum est.*  
 c. 5. *Ita monachi mansuetudinem & militis for-*  
*titudinem conjungunt. Et inferius: Hæc*  
*Hierosolymis aguntur, & totus orbis ex-*  
*citatur, plurimique ab Oriente & Occi-*  
*dente ad Civitatem Dei confluunt. Illa*  
*autem re nihil jucundius, nihil commodius*  
*& magis salutare, quam quod pauci Sacra*  
*Templi militiæ nomen dent, nisi scelevati*  
*& impii, raptores & Sacrilegi, latrones,*  
*perjuri, adulteri, quorum omnium con-*  
*versio duplex bonum producit, dum eorum*  
*patria a malis civibus liberatur, & ter-*  
*ra Sancta, cui subveniunt, de ipsorum au-*  
*xilio lætatur. Sic nempe Christus in Chri-*  
*stianos peccatores ulciscitur, facitque ex*  
*illis milites suos, ut de Adversariis Infide-*  
*libus triumphet.*

## §. XXXIII.

*Pœnitentia Pontii Lazareni.*

*Ill*a tempestate quidam Vir Nobilis in  
 Occitania pœnitentiæ exemplum me-  
 morabile præbuit. Is Pontius nomina-  
 batur Larazæ, arcis & natura & arte in-  
 expugnabilis in Diœcesi Lutevensi\*, Do-  
 minus. Virum commendabant Nobilitas sanguinis, opulencia, ingenium, quod  
 natura

*narrat. to. 3.*  
*miscell. Ba-*  
*tuz. p. 205.*

\*Lodeve.

natura dederat felicissimum & fortitudo Sæcul. XII.  
 militaris. Sed cum nullam morum re- A. C. 1135.  
 gulam quam depravatos affectus suos se-  
 queretur, vicinis importunus & intole-  
 rabilis accidebat. Aliquos fallaci ser-  
 mone decipiebat, alios armis opprime-  
 bat, cunctosque, ad quos pervadere po-  
 terat, bonis spoliabat, diu noctuque la-  
 trociniis intentus, pluribus aliis etiam  
 immersus vitiis. Tandem Deo cor ho-  
 minis movente sibi ipsi redditus, post-  
 quam diu deliberasset, mundum relin-  
 quere statuit, & reliquum vitæ tempus  
 in rigore pœnitentiæ consumere. Cum  
 consilium mutandæ vitæ uxori aperuif-  
 set, ipsa non minus magni animi nobili-  
 tate quam Natalium splendore illustris,  
 lubenter consensit, id solum rogans, ut  
 prius proli suæ consuleret, filium enim  
 habebant & filiam. Morem gessit mo-  
 nenti uxori maritus, atque matrem & fi-  
 liam Monasterio feminarum, quod vul-  
 go *Drinone* dicebatur, adjecta magna  
 bonorum suorum parte, tradidit, filium  
 vero Monachis Cœnobii S. Salvatoris  
 Lutevæ instituendum commisit.

Vicinis & amicis rem novam & in-  
 expectatam mirantibus, & ad domum  
 ejus confluentibus, ut quid moliretur  
 edocerentur, nihil dissimulavit; sed usus  
 occasione, cum eloquentia valeret, etsi  
 literas non didicisset, tanta dicendi vi  
 con-



Sæcul. XII. contemptum mundi & pœnitentiæ neces-  
 A.C. 1135. sitatem ingessit, ut pluribus, quod opta-  
 bat, persuaserit, & sex viri consilii socie-  
 tatem amplexi sint, promittentes, nus-  
 quam exinde se passuros esse, ut vel in vi-  
 ta vel in morte a Pontio avellerentur.  
 Itaque Pontius, in proposito confirma-  
 tus, per præconem publice denunciavit  
 iussit, præstituta die si emptores adfue-  
 rint, omnia bona sua sibi fore venalia.  
 Adfuerunt emptores omnis conditionis ho-  
 mines, Nobiles, agrestes, Clerici & Lai-  
 ci, & postquam omnem suam pecuniam  
 impendissent, cum plurima adhuc ve-  
 numdanda superessent, Pontius edixit,  
 se in pretii locum omnis generis pecora  
 & fructus, quibus homines vesci sole-  
 rent, recepturum esse. Sicque magnam  
 rerum istarum copiam cumulavit. Hæc  
 ipse omnia pauperibus elargiri constitue-  
 rat, sed deinde intelligens, nihil antiquius  
 sibi esse debere, quam ablata restituere,  
 missis nunciis, in omnibus foris & Eccle-  
 siis illius provinciæ vulgari præcepit,  
 omnibus illis, qui Pontium Lazarenum  
 debitorem se habere dicerent, aut da-  
 mnum sibi illatum quererentur, Feria se-  
 cunda majoris Hebdomadæ vel duobus  
 diebus sequentibus ad vicum *Peguevoles*  
 veniendum esse, ibique omnes, quod Jus-  
 titia postularet, recepturos.

In Dominica Palmarum Lutevæ, post-  
 quam lectum fuisset Evangelium & omnes  
 pro more cum palmis processissent, Epi-  
 scopo & Clericis in suggestu, ad id ipsum  
 in atrio & medio populi erecto, stanti-  
 bus, prodiit cum sex sociis suis Pontius,  
 interula tectus, nudis pedibus, quem ali-  
 quis fune e collo ejus pendente, velut  
 ad mortem damnatum, trahebat, eum-  
 que virgis continuo cædebat; ita enim  
 Pontius jusserat. Ubi ad Episcopum per-  
 venit, flexis genibus veniam oravit,  
 chartamque, quam manu tenebat, & in  
 qua, ipso volente, omnia peccata ejus  
 scripta erant, porrexit, instantissime ro-  
 gans, ut coram toto populo legeretur.  
 Quod statim quidem Episcopus fieri pro-  
 hibuit, ut pœnitentis verecundiæ par-  
 ceret; sed Pontio id summis precibus  
 expetente, lecta est; atque dum Confes-  
 sio recitatur, se virgis percuti petebat,  
 urgens verberantem, ut acerbiores pla-  
 gas infligeret, confitens se omnium illo-  
 rum criminum reum esse, & terram la-  
 crymis suis madefaciens; quo spectacu-  
 lo fidelibus, tenerrime commotis, lacry-  
 mæ suboriebantur. Omnes tantam pœ-  
 nitentiæ vim mirabantur, Pontium reve-  
 rebantur, Deumque orabant, ut ei do-  
 num perseverantiæ concederet. Quin  
 etiam confessio ipsius compluribus pro-  
 fuit, qui noxio impediti pudore peccata  
 sua

Sæcul. XII.  
 A. C. 1125.

Pœnitentia  
 singularis.

Sæcul. XII. sua celaverant, atque Pontii exemplo  
 A.C. 1135. excitati, pœnitentiæ tabulam amplexi  
 sunt.

Altero die & duobus sequentibus complures in præstituto vico *Pegueroles* præsto fuerunt, petitori, quæ amiserant & Pontius, sui ipsius iudex, primum omnium pedibus advolutus, ut sibi ignoscerent rogabat. Tum singulis, quantum ipsis debebatur, sive pecora, sive pecunias, sive res alias ad vitam necessarias, quas congesserat, reddebat, ita ut res ipsas, quibus spoliati fuerant, iterum invenire sibi viderentur. Cuncti ergo ad sua redibant, illi jam benedictentes, quem antea toties diris devoverant. Postremo Pontius, conspiciens quemdam agricolam, vicinum suum, *quid tamdiu moraris*, ait, *cur solus non exprimis, quid tibi damni intulerim?* Ille, *non habeo Domine*, inquit, *quod de te conquerar; sed contra laude dignum proclamo, & benedictionem tibi cœlestem precor, quod mihi saepe contra Adversarios præsidio fueris, & nunquam me ullo malo affeceris. Non ita res se habet, reposuit Pontius, nocui tibi, sed forte nescienti. Numquid illo tempore & illa nocte armentum tuum a prædonibus abactum fuit? ego sum ille prædonum Dux, qui pecora tua per milites meos tibi auferri jussi. Obsecro, ignosce mihi, & hæc, quæ supersunt pecora tibi*

*tibi babe.* Recepit pecus agricola tan- Sæcul. XII.  
 quam a cælo sibi restitutum, latusque & A C. 1135.  
 Pontio, quem Benefactorem suum ap-  
 pellabat, bene precatus, domum rever-  
 sus est.

Pontius, postquam ita suum cuique  
 tribuisset, reliquis, quæ habebat, in pau-  
 peres sparsis, cum sex sociis illa nocte,  
 quæ inter Cœnam Domini & Parasceven  
 intercedit, viam peregrinantium more  
 exorsus est. Singulis unica erat vestis,  
 baculus in manu, & in dorso sarcinula;  
 ceterum nudo pede ambulabant. Pri-  
 mum ad S. Guilielmum per desertum via  
 valde aspera perrexerunt. Feria autem  
 secunda Paschæ viam ingressi sunt, Ec-  
 clesiam S. Jacobi in Galæcia invisuri, at-  
 que toto itinere eleemosynis sibi datis,  
 nihil in alterum diem reservantes, victi-  
 tarunt. Ubi Sacrum locum attigerunt, Pontius pex  
 in illa mente, quam prius conceperant, regrians.  
 roborati, desertum sibi deligere consti-  
 tuerunt, ibi de labore manuum suarum  
 vitam sustentaturi. Animum adjecit Ar-  
 chiepiscopus Compostellensis, qui in con-  
 versione Novitios in sua Diocesi perma-  
 nere optabat. Cum vero deinde perpèn-  
 disse, hos advenas exiguos animarum  
 fructus posse producere in Regione, &  
 Gente cujus linguam ignorarent, suavit,  
 ut in patriam redirent, & ad perseveran-  
 dum hortatus est. Inde ad montem S.

*Hist. Eccles. Tom. XVI. C c c Mi-*

Sæcul. XII. Michaelis, ad S. Martinum Turonensem,  
 A. C. 1135. ad S. Martialem Lemovicensem, ad S.  
 Leonardum delati, tandem peregrinatio-  
 nem Rutenæ terminarunt.

Ademarus illius civitatis Episcopus,  
 Præsul variis virtutibus & præsertim mu-  
 nificentiâ insignis, qui sub idem tempus  
 magnas opes ad condendam Abbatiam  
*Loci Dei*, filiam Abbatiaë *Dalonenfis*, &  
 cum illa Ordini Cisterciensium adjectam,  
 contulit, lætus & reverens septem ami-  
 cos advenientes excepit, cum sciret vi-  
 ros genere nobiles & populares suos esse.  
*Chartular. M. Loci Dei. se.* Comes vero Rutenensis, cum com-  
 perisset, Pontium Larazenum, veterem  
 suum amicum, in domo Episcopali versari,  
 ad eum se contulit, & omnia necessariâ  
 ad exequendum ea, quæ animo constitue-  
 rat, obtulit. Episcopus ergo & Comes  
 septem amicis illis Vicos & Ecclesias de-  
 fertas, ubi Monasterium conderent, con-  
 cedere volebant; sed ipsi mundi com-  
 mercium exosi solitudinem quærebant.  
 Quare locum quemdam, qui *Salvanès* di-  
 cebatur, in Dicecesi civitatis Vaurenfis,  
 sibi a Territorii Domino, Arnolde de  
 Ponte, donatum delegerunt, cœperunt  
 que ibi suis manibus tuguria extruere, &  
 terram, prius incultam, aratro profici-  
 dere. Brevi piorum virorum fama ad  
 propinquos Episcopos Lutevensem & Bi-  
 terrensem atque illarum regionum popu-  
 los

los pervenit; unde a multis invisabantur & oblata accipiebant.

Sæcul. XII.

A.C. 1135.

Cum fames deinde illam provinciam dire affligeret, innumerabilis mendicorum multitudo Salvanium confluit, quia notum erat, pios hos Anachoretas eleemosynam dare, hospitio advenas excipere, & cetera omnia misericordiae opera quibusvis impendere. Illi tanta concurrentium multitudine perterriti fugam cogitabant. Sed Pontius trepidantes increpans, *quin potius, ait, pecora nostra, & omnia quæ habemus vendimus, ut subveniamus Fratribus nostris, & tunc, si necessitas cogat, cum ipsis moriamur. Interim ego eleemosynam pro ipsis a potentibus hujus Sæculi colligam.* His, asino conscenso & baculum dextra tenens viæ se dedit. Arnoldus autem de Ponte, cum ad ejus notitiam devenisset, quod Anachoretæ omnia sua vendere statuisent, quibus succurrerent pauperibus, ex horreis suis tam copiosum frumentum expromsit, ut illis mendicantium agminibus alendis usque ad tempus messis suffecerit. Pontius quoque rediit eleemosyna abundanti onustus, qui postquam in Festo S. Joannis cunctos qui aderant convivio recreasset, maximam animi gratitudinem profitentes dimisit.

Haud multo post Congregatio Salvaniensis non tantum rebus, sed etiam Religiosis

Sæcul. XII. religiosus Viris ita excrevit, ut in Abbatiam  
 A.C. 1135. erigi potuerit, in qua Regula observaretur. Tunc vero orta est inter eos amica contentio, cui Ordini monasterium suum adscriberent, vel Cartusienſi vel Cisterciensi. Electi demum communi sententia Cartusienſes arbitri. Quam ob rem Pontius, ad Cartusiam profectus, Priori, nempe Guidoni, ceterisque Fratribus causam exposuit. Illi vero præ ceteris Cisterciensium Ordinem præferendum censuere, remque ad monasterium hujus Instituti ipsis proximum esse deferendam. Responso accepto quasi oraculo, Pontius ad Mansum-Adæ, hodie Mazanum, quod Cisterciensium Cænobium erat proximum in Diocesi Vivariensi, divertit, & Salvaniensem Domum Cisterciensi Ordini subdidit sub Regimine Petri primi illius monasterii Abbatis, anno millesimo centesimo nono fundati. Abbas ex monachis suis viros delectos misit, qui locum illius Domus ad servandam Disciplinam monasticam necessaria præpararent, Fratres autem Salvanienses ad se venire iussos, & per annum secundum Regulam S. Benedicti probatos, monastico habitu induit. Tumque dato iisdem Abbate Ademaro, viro prudenti & literis instructo, cunctos Salvanium remisit. Pontius Lazareus semper locum humiliorem præferens, in habitu Laicorum conversus

Sæcul. XII.  
A.C. 1136.

sus permanfit, quo liberius rem domesti-  
cam curare poffet. Hæc Abbatia Salva-  
niensis fuere principia, anno millesimo  
centefimo trigefimo fexto condita, exin-  
de celeberrima, quam potentiffimi Prin-  
cipes propinqui remotique, videlicet  
Theobaldus Comes Campaniæ, Roge-  
rius Rex Sicilia, quin etiam Imperator  
Constantinopolitanus donis cumularunt.  
Hæc omnia Hugo Francigena, ejus loci  
monachus, juffu Pontii Abbatis, ordine  
quarti, fufe literis mandavit.

§. XXXIV.

*Henrici I. obitus. Stephanus Rex  
Angliæ.*

Henricus primus Rex Angliæ obiit\* in  
Normannia, die Dominica, prima  
Decembris, anno millesimo centefimo  
trigefimo quinto, poftquam fceptrum ro-  
tasset annos triginta quinque, atque in  
eo genus mafculinum Regum Norman-  
norum extinctum eft. Hugo Archiepi-  
fcopus Rotomagensis, qui Principi mo-  
rienti adftiterat, epiftolam ad Innocen-  
tium Papam de hac re fcripfit, his verbis:  
*Rex Dominus meus, fubita correptus ægri-  
tudine, nos, miffis quam citiffime nunciis,  
advocavit, ut folatio effemus. Venimus,  
& cum ipfo triduum mærore plenum con-  
fecimus. Prout ei dicebamus, ore proprio  
confitebatur peccata fua, percutiebat pe-*

\* Lions.  
Sup. lib. LXV. f. 5.  
Guil. Mal-  
mes. hift. no-  
vor. p. 177.  
Order. lib. XIII. p. 901.



Sæcul. XII.  
A.C. 1136.

Etus suum, omni perversæ voluntati renu-  
cians. Nostrum & Episcoporum consilium  
secutus, promittebat emendationem vita  
sua, qua promissione recepta illo triduo  
tertio eum absolvimus. Crucem Domini  
adoravit, Corpus & Sanguinem ejus dev-  
te suscepit, & elemosynam distribui jus-  
sit, his verbis: solvantur debita mea, ve-  
steraria\* & stipendia, quæ debeo, reddan-  
tur, reliqua indigentibus distribuantur.  
Tandem illi auctoritatem Ecclesiæ de U-  
ctione infirmorum studiosè proposuimus,  
quam cum petisset, unximus eum oleo San-  
cto, & sic in pace quievit. Hucusque  
Rotomagensis Archiepiscopus ad Inno-  
centium Papam.

\* vestes.

Defuncti Regis corpus Rotomagum  
& deinde Cadomum translatum est, ubi  
interim depositum, usque dum tempe-  
stas navigationi opportuna succederet.  
Tumque in Angliam devectum, in Mo-  
nasterio Radingensi, ab ipso condito, se-  
pultum.

(\*) Corpus & Sanguinem. Ein aufmerksamer  
Leser der Kirchengeschichten wird ohne Zweifel be-  
obachtet haben, daß die Schriftsteller zu allen Zei-  
ten, wenn sie von dem Heiligen Sacrament des Aben-  
dinars geredet, sich der Worte: das Fleisch und das  
Blut Jesu Christi bedienen haben. Allein die Hei-  
ren Protestanten haben neben der alten Lehre auch  
die alten Worte verworfen, und sagen durchaus:  
Das Abendmal, oder der Tisch des Herrn.

pulturæ mandatum est. Mathildis, seu <sup>Sæcul. XII.</sup> Mabaud, filia Henrici I. unica, pri- A.C. 1136.  
 mis nuptiis Henrico quinto Imperatori  
 juncta, nullam in eo matrimonio prolem  
 genuit. Imperatore fatis functo Geofri-  
 do, Comiti Andegavensi, cognomento  
*Planta-genito*, Fulconis, tunc Regis Hierosolymorum, filio nupsit. (\*) Mathildis igitur in Regno Angliæ, ut Parens ejus decreverat, successura fuisset, nisi Regnum præripuisset Stephanus, Comes Bononiensis, ejus patruelis, Adelhaidis, quæ Soror erat Henrici Regis, & Stephani, Comitis Blesarum & Campaniæ, filius. Is cum in Angliam transmisisset, Die Dominica, vigesima secunda Decembris anno millesimo centesimo trigesimo quinto, a Guilielmo Archiepiscopo Cantuariensi, Episcopis Vintoniensi & Sarisburiensi assistentibus, Rex coronatur.

Rex Stephanus accepto Angliæ Regno promisit, quod Ecclesiæ Anglicanæ

Ccc 4

pri-

(\*) De hac Mathilde Imperatrice, quæ anno Christi millesimo centesimo sexagesimo septimo obiit, istud ab incerto auctore editum Epitaphium in sua Britannia vulgavit Camdenus:

Ortu *Magna*, viro *Major*, sed *Maxima* prole,

Hic jacet Henrici Filia, Sponsa, Parens.

Filia scilicet Henrici I. Angliæ Regis, Conjux Henrici V. Germaniæ Imperatoris, & Mater Henrici II. Angliæ Regis.

Sæcul. XII.  
A.C. 1136.

to. 10. Conc.  
p. 991.

privilegia & libertatem conservaturus  
esset, quod dispicimus ex literis, Oxonii  
anno millesimo centesimo trigesimo sex-  
to datis. In exordio confitetur, quod ejus  
electio ab Innocentio Papa fuerit confir-  
mata, promittit, quod in negotiis Eccle-  
siasticis nihil Simoniace sit acturus, nec  
concessurus, ut ab aliis agatur. Jurisdi-  
ctio in viros Ecclesiasticos, & distributio  
Bonorum Ecclesiæ in potestate Episcopo-  
rum erit. *Dignitates Ecclesiarum, in-  
quit, privilegiis earum confirmatas, &  
consuetudines antiquas inviolate concelo  
& statuo. Omnes possessiones, quas Eccle-  
sia Rege Guilielmo Conquestore, Avo meo,  
vivo tenebant, libere & quiete conservent.  
Si quid vero de possessis ante mortem Gui-  
lielmi, quibus modo careat, aliqua Ecclesia  
repetierit, reddam; quæcunque post mor-  
tem Regis acquisiverit, si justum fuerit,  
restituam. Si quis autem Episcopus vel  
Abbas vel alia Ecclesiastica persona ante  
mortem suam ultima mandata dederit, ea  
firma & rata esse jubeo. Dum Sedes Ca-  
thedrales propriis pastoribus fuerint vac-  
ua, omnes earum possessiones in manu &  
custodia Clericorum vel prohorum boni-  
num ejusdem Ecclesiæ committantur, do-  
nec pastor canonice substituatur. Omnes  
exactiones & vexationes, quas Vicecomi-  
tes vel alii præfecti induxerunt, tollam.  
Hæc promisit Rex Stephanus. Verum  
Guiliel-*

VIII.

Guilielmus Malmesburiensis, Scriptor il. Sæcul. XII.  
lius ætatis, adjicit, levis ingenii Princi- A.C. 1136.  
pem fuisse, cujus verbis nemo tuto fide-  
re posset.

Stephanus in Nordhumbriam ante  
Quadragesimam ejusdem anni millesimi  
centesimi trigesimali sexti, ut Regi Scotiæ  
colloqueretur, profectus est, & vigesima  
nona Martii, in octava Paschæ Concilium  
celebrari curavit, præfidente Turstaino,  
Archiepiscopo Eboracensi, compluribus  
Episcopis, Abbatibus & Proceribus præ-  
sentibus. Sede Exoniensi post obitum  
Guilielmi Varevasti vacante, Robertus  
Archidiaconus in illo Concilio Episcopus  
electus est. Duabus etiam Abbatibus præ-  
visum.

§. XXXV.

*Lotharius Imperator in Italia.*

Inter hæc Lotharius Imperator in Ita- *Chro. Benev.*  
liam venit, quo jam anno superiore a *ap. Baron.*  
Papa vocabatur, Gerardo Cardinali & <sup>1135.</sup>  
Roberto principe Capuano, quem Roge-  
rius Rex Siciliæ e Principatu deturbave-  
rat, in Germaniam ad eum missis. Nam  
contra hunc Regem, unicum Antipapæ  
præsidium, Innocentius Papa auxilium a *ep. 196.*  
Lothario petebat. S. Bernardus quoque,  
data ad Imperatorem epistola, in eadem  
causa hortabatur, ut Ecclesiam contra  
Schismaticos & Regnum suum contra

Ccc § Roge

Sæcul. XII. Rogerium, quem usurpatorem injustum  
 A.C. 1166 appellat, defenderet. Altera deinde

ep. 140.

epistola ad eundem data Pisanos com-  
 mendat, quibus non nulli susurrone  
 apud Imperatorem nocuerant; ipse ve-  
 ro Lotharium memorem esse admonet,  
 quam salutaria obsequia Pisani Ecclesie  
 & Republicæ præstitissent. Papam quo-  
 que, ut solatium ante Imperatoris adven-  
 tum suggereret, S. Bernardus, epistola  
 nomine Alberonis Archiepiscopi Trevi-  
 rensis data, & ab Hugone Archidiacono  
 Tullensi, Romam proficiscente, delata,  
 de fide Ecclesiarum Transalpinarum cer-  
 tum esse jubet, & significat, Imperatorem  
 validissimum exercitum ad liberandam  
 Ecclesiam Romanam comparare.

ep. 176.

Quippe Lotharius anno millesimo  
 centesimo trigesimo sexto Alpes supera-  
 vit, maximo cinctus exercitu, quo sui  
 terrore totam Italiam implevit. At eum  
 Res Longobardiæ reliquo hujus anni tem-  
 pore in illa provincia commorari compu-  
 lerunt. Interim vero non ignarus, quan-  
 ta esset Abbatis Montis Cassini auctori-  
 tas, & quam latis ditionibus istud Mona-  
 sterium in Campania & Apulia potiretur,  
 Signoreto tunc Abbati Cassinensi scripsit  
 in hunc sensum; si forte potentis Adver-  
 sarii timore motus ab unitate Ecclesie  
 recessisset, rediret modo ad Innocentium  
 Papam, quem totus mundus venerare-  
 tur.

tur. Ceterum huic monasterio omnis generis præsidia pollicetur. Eadem monachis scripsit, & ab Imperatrice Richsa uxore sua scribi iussit.

Sæcul. XII.  
A C. 1136.

§. XXXVI.

*Rogeri Regis in Montem Cassinum molimina.*

Porro Rogerius in Siciliam navigans, Guarinum, suum Cancellarium, in Apulia reliquerat, qui rebus Domini sui nihil magis necessarium existimans, quam Abbatem Cassinensem vel amicum, vel omnino in potestate habere, nunciis ad Signoretum \* Abbatem missis, rogari iussit, ut Capuam ad se veniret, ubi cum optimatibus illius Regionis de Regni negotiis deliberarent. Tunc quidem Abbas gravi morbo decumbebat, ubi vero convaluit, ante Festum Natalis Domini duos ex monachis suis ad Cancellarium Beneventum misit, qui ipsum excusarent. Renunciari iussit Cancellarius; veniret ergo Abbas post Festum; quod si præsto non esset, se ipsum monasterium aditum esse. Duo autem monachi, in Festo S. Joannis Evangelistæ ad Abbatem suum reversi, referunt, se illic euntes & redeuntes a quibusdam amico animo monitos fuisse, Cancellarium Abbati insidias struere, quibus eum in suam potestatem redigeret. Itaque Signoretus iterum va-

letudi-

Chron. Cass.  
IV. c. 97 98.  
\* al. Seniore-  
cium.

ſæcul. XII.  
A.C. 1137.

letudinem ſimulavit; at Epifcopus Aquinas electus Cancellario indicavit, Abbatem neutiquam Rogerii Regis partibus favere, ſed contra, omnia ad recipiendos Lotharium Imperatorem & Innocentium Papam parare.

Cancellarius ad Montem Caſſinum perveniens in Vigilia Epiphaniæ, quinta Januarii anno milleſimo centeſimo trigeſimo ſeptimo, Abbati nomine Regis præcepit; recederet cum viginti monachis, aut quotquot ſocios accipere libuiſſet, ad munimentum, quod *Bantra* dicebatur, theſaurum Eccleſiæ & omnem ſuppelleſtilem Monafterii illuc transferrent, Monafterium illico dederent, ceteri Fratres in propinquas Cellas, videlicet in minores Congregationes, Abbatiaſque ſubjectas, quæ Prioratus dicebantur, dimitterentur. In Abbatia quatuor Presbyteri & tres quatuorve alii monachi permanerent, qui ad Corpus S. Benedicti Sacris operarentur. Subdidit Cancellarius: *Ideo vero ad hæc exigenda compellimur, quod inter cetera orbis Chriſtiani Monafteria Caſſinenſe fama præcipuum ſit, utpote in Italia locupletiffimum; unde ſi vel Lotharius Imperator vel quicumque alius Regis hoſtis illud occuparet, maximo Regni Siculi malo id futurum eſſet.* Abbas tantæ audaciæ mandatum miratus, moram petit, qua de re ſummi momenti de-

libe-

liberaret, & Seniores monasterii convo-  
 cat, qui una voce respondent; Monaste-  
 rium suum Laicis neququam tradi debe-  
 re, seque potius extrema passuros esse,  
 capite enim servato, fore ut cetera quo-  
 que membra ab interitu vindicari pos-  
 sent.

Itaque Abbas Cancellario responsum  
 dedit in hunc modum: *Cum modo de ve-*  
*tanti ponderis agatur, non possumus ex-*  
*templo respondere. Quare, inducias no-*  
*bis concede, convocabimus Fratres nostros*  
*in variis Cellis dispersos, quibus præsentibus*  
*deliberabimus.* Cancellarius ira ve-  
 hementi exardens, *nulla vobis, inquit, de-*  
*liberatione opus est; dubitabitis enimvero,*  
*an officium vestrum impleturi sitis. Ab-*  
*sint induciæ, nomine Regis nostri vobis*  
*præcipio; protinus responsum, & disertis*  
*verbis reddite. Capió enim perfidiam;*  
*expectatis, nequissimi monachi, Lotbarium*  
*cum Papa suo Innocentio venturum. Nos*  
*vero quærimus; an fidem Regi servatis,*  
*an pro regno ejus pugnaturi estis?* Re-  
 spondit Abbas: *Faciemus profecto, quæ*  
*dicis, ubi opus fuerit, & modo juramen-*  
*tum vobis a Vasallis nostris præstari con-*  
*sentimus. Præterea spondemus, nos arma*  
*contra Regis hostes esse sumtuos, & mon-*  
*tem Cassinum contra Imperatorem defen-*  
*suros esse.* Tunc vero, cum quærenti  
 Cancellario, quomodo inermes monachi  
 mili-

Sæcul. XII.  
 A.C. 1137.

Cassinenfes  
 Imperatori  
 favent.



Sæcul. XII. militare & contra aggredientes Montem  
 A.C. 1137. propugnare possent? Abbas reposuisset.

*Ex oppido S. Germani & ex omnibus monasterii nostri ditionibus viros fortissimos & promptissimos advocabimus, & vestris militibus immiscebimus,* Cancellarius hæc Abbatis verba indignissime ferens, & contemptim respondens, Monachos conviciis oneravit, proclamans homines esse perfidos, & patriæ proditores. His, recessit minaciter imperans; illa die, priusquam sol occideret, Abbas, quid demum statuisset, aperiret. Nullo autem responso post hæc accepto, cum Guarinus vi magna Cassinum obsidere pararet, Abbas Landulphum S. Joannis, causæ Imperatoris faventem, in præsidium venire jussit, cujus militibus, die tertia post Epiphaniam in Monasterium receptis, omnia munimenta propugnanda commissa sunt. Monachi autem rigidam susceperunt in se pœnitentiam, quod illis diebus & in illo tumultu silentium Regulare non servassent. Interim omnes Subditi in ditionibus Abbatia Cassinensi subjectis contra Abbatem & Monachos rebellant, solis præsidiariis in Arce S. Petri Cassinensi fidem servantibus. Missi quoque duo Monachi, qui ad Lotharium Imperatorem, quid ageretur, referrent.

Inter hæc Guarinum Salerni, septimo postquam a Cassino rediit die, mors in  
 expo

s. 100.

expectata occupavit; idque Deo Vindicato factum monachi crediderunt, quorum

Sæcul. XII.

A.C. 1137.

uni defunctus, per visum lacu igneo mer-  
sus, objectus est. Sed Guarino Signore-  
tus Abbas haud diu superstes e vivis  
abiit feria quinta die quarta Februarii  
anno millesimo centesimo trigesimo se-  
ptimo. Tumque, priusquam ejus obi-  
tus vulgaretur, Decanus & Monachi Lan-  
dulphi milites præsiarios, quos ad mo-  
nasterium defendendum vocaverant, di-  
miserunt. Ceterum sex dierum spatium  
effluxit, quo monachis dissentientibus  
Abbas eligi non potuit, & tandem cum  
tota Congregatio in Festo S. Scholasticæ  
decima Februarii ad peragendam electio-  
nem convenisset, divisa fuere suffragia,  
his Rainaldum *de Collemezo*, aliis Rainal-  
dum *Etruriensem* exoptantibus. Qui  
priorem eligebant, dicebant, differen-  
dum esse negotium, donec Legati ad Re-  
gem Rogerium & ad Pontificem Innocen-  
tium, adhuc Pisis commorantem, mitte-  
rentur, & quid illi sentirent, retulissent,  
verum obstabant ceteri, qui his nequic-  
quam reclamantibus Rainaldum Etru-  
riensem Cathedræ S. Benedicti imposi-  
tum, Abbatem suum venerati sunt.

c. 102.

c. 103.

c. 104.

Adversarii id indigne ferentes, clam  
nuncium ad illos duos monachos, quos  
Signoretus Imperatorem Lotharium adi-  
re jusserat, mittunt cum epistola, in qua

iis

Secul. XII. iis significabant, Rainaldum Etrurien-  
 A.C. 1137. sem per seditionem fuisse Abbatem ele-  
 ctum, & præcipiebant; rogarent ipsi Im-  
 peratorem & Papam, ut Cassinensibus  
 Abbatem darent. Quo comperto Rai-  
 naldus Etruriensis secreto cum ministris  
 Rogerii Regis paciscitur, sibi que Digni-  
 tatem Abbatialem a Rogerio & Antipa-  
 pa Petro Leonis confirmari petit. Im-  
 perator vero, qui tunc Ravennæ versaba-  
 tur, Nuncio Cassinensi benigne excepto,  
 edixit, se neutiquam esse passurum, ut  
 Rainaldus Abbatis Dignitate emeretur,  
 utpote Cliens Regis Rogerii, quem in-  
 fensissimum Imperii hostem censebat.

## §. XXXVII.

*Tertium S. Bernardi in Italiam iter.*

*Chro. Benev.  
 ap. Baron.*

Anno millesimo centesimo trigesimo se-  
 ptimo, mense Martio, Innocentius  
 relicta civitate Pisana Viterbium se con-  
 tulit, sermones cum Imperatore commu-  
 nicaturus, qui Pontifici misit Henricum  
 Ducem Bavariæ, Generum suum, cum  
 trium millium equitatu, additis manda-  
 tis; in Romanæ urbis vicinia castra me-  
 taretur, & Robertum Capuano Princi-  
 patui restitueret; nam Imperator into-  
 rim Marchiam Anconitanam petere sta-  
 tuerat. Ceterum Papa, datis ad S. Ber-  
 nardum literis, petierat, ut in Italiam  
 veniret & Ecclesiæ opem ferret, cumque

*vit. lib. II.  
 6. 7. n. 41.*

idem Cardinales per literas rogarent, Sæcul. XII. A. C. 1137.  
 credit Vir Sanctus, nullam sibi excu-  
 sationem superesse, quin tertio in Italiam  
 proficisceretur. Ergo Sermones in Can-  
 ticum aliaque opera interrupit, convoca-  
 tisque undique monachis suis abiturus  
 Ecclesiæ statum & Schismatis pæne emo-  
 rientis luctam exposuit, hortatus, ut pro  
 eo penitus extinguendo Deum precaren-  
 tur, & se absente nihil de observantia Re-  
 gulæ relaxarent. S. Bernardus deinde  
 Viterbium ad Papam pervenit, ubi pa-  
 rum absuit, quin Fratrem suum Gerar-  
 dum, itineris socium, gravissimo morbo  
 correptum, amitteret. Serm. 26. in Cant. n. 14.

Cum Papa & Cardinales suam senten-  
 tiam circa præsentem rerum statum S.  
 Bernardo aperuissent, ipse rejecto armo-  
 rum consilio, aliam viam tentandam esse  
 existimavit. Itaque cum variis sermo-  
 nem conferens exploravit, quanta Schis-  
 maticorum potentia, quæ vires, quæ spes,  
 & mens eorum Principibus essent, an er-  
 rori vel malitiæ pertinacia in malo ortum  
 deberet. Sicque ex privatis colloquiis  
 didicit, viros Ecclesiasticos, Antipapam ad-  
 hærentes, de fortunis suis angere; satis  
 ipsos errorem suum cognoscere, sed ne  
 ad sinum Ecclesiæ redirent impediri ti-  
 more, ne deinde sui contemptum, & in-  
 famiam ferre cogerentur, denique malle  
 ipsos sub qualiscunque honoris umbra  
vit. 42.  
*Hist. Eccles. Tom. XVI. D d d Bo-*

Sæcul. XII. Bonis & Dignitatibus suis frui, quam Se  
 A.C. 1137.                      dibus suis pulsos ad mendicitatem in  
 omnium oculis redigi. Petri Leonis  
 propinqui & affines dicebant, se proborum omnium invidiæ ferendæ pares non fore, si propriam domum & familiam suam, cujus Caput Petrus esset, perditum irent. Alii perseverantiam in Schismate excusabant, quod Anacleto fidem prejurando promississent; nemo vero conscientia ductu Antipapam sequeretur.

His Bernardus ingerebat; factiones insolentes tam Legibus quam Constitutionibus Canonicis adversas quamque auctoritatem a jurejurando non posse accipere, nec specie Religionis, quæ hujusmodi Sacramenta nulla esse doceret, posse defendi. His S. Bernardi admonitionibus multi a Schismate abstergebantur, ac Petri Fautores in dies numerabantur pauciores. Ipse quoque animo cadebat, cum videret suæ factionis ruina Innocentii auctoritatem crescere. Deficiebat pecunia, Clientes & familiares dilabebantur, mensæ cum pauperibus accumbenti non nisi fercula, vili pretio comparata inferebantur, familiæ profecti detritis vestibus incedebant, mercenarii ipsius macilenti & ære alieno gravati. Denique tristis totius domus factum certum imminere interitum indicabat.

§. XXXVII

## §. XXXVIII.

Sæcul. XII.  
A.C. 1137.*Pontifex & Imperator in Campania.*

Post confertum Viterbii cum Imperatore sermonem Papa ad Urbem movit; sed intrare noluit, ne Romanorum factionibus involveretur. Civitatem vero Albanensem & totam Campaniam suæ potestati subjecit. Papam comitabatur Henricus Imperatoris Gener, cumque prope Montem Cassinum consisterent, illuc miserunt Richardum Papæ Capellanum & illius Abbatæ Monachum, qui exploraret, an venientes recepturi essent, & Innocentio Papæ subdi vellent; quod si facerent, ipsorum monasterium sub Imperatoris præsidio tutum fore promitteret. Rainaldus Abbas, qui se totum Rogerio Regi devoverat, primo quidem repugnans, Papæ nuncium rejecit. Verum post undecim dierum lapsum Henrico Duci se dedidit, fixis in muro monasterii Imperatoris Vexillis. Tum Capua etiam cum toto Principatu se submitit, & Robertus restitutus.

*Chro. Benev.*  
*Chron. Cass.*  
*IV, s. 105.*

Vigesima tertia Maji postquam urbi Beneventanæ Papa & Dux Henricus militem admoverunt, Cardinalis Gerardus ad cives mittitur, ut animos ad pacis consilia flecteret. Obsistebat quidem Rosce-  
mannus Archiepiscopus, ab Anacleto Antipapa intrusus, civesque ad propugnandos

*Chro. Benev.*

D d d 2

dos

Sæcul. XII. dos muros excitavit, sed post unum alte-  
A.C. 1137. rumve cum Germanis conflictum urbs  
 deditur, quam Papa direptione liberavit,  
 captivos dimisit, & exulibus redeundi  
 licentiam dedit. Tum Cardinalis Cre-  
 scentius, qui partes Anacleti in civitate  
 illa tuebatur, in conspectum Innocentii  
 adducitur, qui eo remoto Beneventi cu-  
 stodiam Gerardo Cardinali commisit.  
 Roscemannus Archiepiscopus fuga se se-  
 proripuit. Exinde Papa ad Imperatorem  
 se contulit, Barium obsidentem, quo ca-  
 pto, totam Apuliam sibi subjectam habuit.

Tunc vero Imperator nunciis, ad Rai-  
 naldum Abbatem Cassinensem missis, ius-  
 sit eum Amalphi adesse in comitiis, quæ  
 ad Festum S. Petri in illa civitate cele-  
 braturus erat. Sæpius parere iussus,  
 tandem Abbas ad Festum S. Joannis cum  
 compluribus monachorum suorum, ac  
 etiam Petro Diacono & Bibliothecario  
 Cassinensi, qui hanc Historiam scripsit,  
 itineri se dedit. Tunc Imperator & cum  
 ipso Innocentius Papa in castris ad quem-  
 dam locum, quem Lacum pensilem dice-  
 bant, prope Amalphim degebant; quo ubi  
 Monachi Cassinenses pervenerunt, Papa  
 missis nunciis præcepit; priusquam ca-  
 stra Cæsaris intrarent, ad se venirent nu-  
 dis pedibus, & satisfacerent, Pœniten-  
 tiam sibi injungi peterent, quod Schisma-  
 ti adhæsissent, Petro Leonis anathema  
 dice-

dicerent, & sibi Papæ legitimo obedi- Sæcul. XII.  
 tiam jurejurando promitterent. His A.C. 1137.  
 auditis, Rainaldus Abbas obstupescens  
 ad Imperatorem appellat, & promittit  
 facturum se, quod ille suassisset. Non de-  
 trectavit Arbitri munus inter Papam &  
 monachos Imperator, & discutere, an  
 pro excommunicatis haberi deberent.  
 Ergo Pars utraque oratores deligit, qui  
 coram Principe causam dicerent.

§. XXXIX.

*Imperator inter Papam & Monachos  
 Cassinenses Arbitr.*

Die nona Julii Imperator hanc causam  
 examini subicere cœpit; operam  
 suam commodante Peregrino Patriarcha  
 Aquilejensi & compluribus aliis Episco-  
 pis Abbatibusque. A Summo Pontifice  
 delecti aderant Aimericus Cancellarius  
 cum tribus aliis Cardinalibus, S. Bernar-  
 dus & complures alii. Nomine Cassi-  
 nensium acturi venerant Henricus Dux  
 Baviariæ, Conradus Dux Sueviæ cum plu-  
 ribus aliis proceribus, Henricus Episco-  
 pus Ratisbonensis, & Adalbero Basileen-  
 sis, qui exinde haud diu superstes fuit.  
 Ex his videmus celebratum denique fuisse  
 Concilium, cui Imperator juxta Ma-  
 jorum suorum exemplum intererat. Pri-  
 mo duo Oratores delecti sunt, videlicet

c. 109.

*Chro. Saxo*  
 1137.

D d d 3      Gerar-



Sæcul. XII.  
A.C. 1137

Gerardus, Cardinalis Titulo Sanctæ Crucis, qui pro Ecclesia Romana, & Petrus Diaconus, qui pro Cassinensibus causam diceret. Interpretes quoque constituti, qui latine dicta germanice, & germanice prolata latine redderent.

Tunc ergo Gerardus Cardinalis conversus ad Imperatorem dixit: *Ecclesia, quæ te consecravit, Imperator semper invictæ, obstupescit, quod Monachos excommunicatos receperis.* Cui Imperator: *Hæc ipsa quæstio modo discutitur, an isti excommunicati sint.* Deinde Gerardus: *Præcepit Ecclesia, ut Innocentio Papæ obedientiam jurato promitterent.* Cui Petrus Diaconus opposuit; prohibitum esse

*Matth. 5 34* in Evangelio unquam jurare, tum etiam Constitutionem domesticam in Regula S. Benedicti, ad Monachos pertinentem, Legibus Caroli Magni & ejus Successorum confirmatam. Quibus inspectis Lotharius Imperator Pontificis Legatis injunxit; Papam suo nomine rogarent, ne has Leges violatas vellet. Sicque Sessioni primæ finem imposuit. Altera die Gerardus Cardinalis dixit; Papam Imperatoris postulationem non admittere, nempe in edendo a monachis juramento non dispensare, quin potius ad deponenda Insignia Pontificia permoveri posse; cumque Petrus Diaconus reponeret, Congregationem Cassinensem Ecclesie

Roma

c. 110.

Romanæ semper fuisse fidelissimam, Cardinalis objecit: *Quando, Innocentio Papa rejecto, Papæ Schismatico adhaesistis, numquid fidem non fregistis?* Cui Petrus: *Dic, obsecro, an nos eum dereliquisse dicendi sumus? an non magis ipse nos deseruit?* Tacite Innocentium arguens, quod more pastoris mercenarii gregem suum sua cura destituisset, cum fugisset in Franciam. Ad hæc Imperator: *Hi monachi ostendunt, quod si oves erraverint, non ipsorum, sed pastoris culpa fuerit. Quare rogandus est Papa, ut eis veniam det, quemadmodum & nos, quod in nos peccarunt, ignoscimus.* Ita secunda Sessio soluta est.

Ubi ad Sessionem tertiam conventum, Imperator dixit, præsentem contentionem nemini Judicalem actionem videri debere, cum de nulla re alia ageretur, quam de membro uno, quod ab Ecclesia separatum esset, capiti iterum conjungendo, & de filiis reconciliandis irato patri, qui ira intepescente gratias acturus esset cuicumque, qui furori suo caros filios suos eripuisset. Imperatori ita loquenti Cardinalis Gerardus respondit: *An te latet, Domine, homines istos cum Rogerio, Siciliae Comite, contra Ecclesiam Romanam & te Romanorum Imperatorem conjurasse, imo etiam nobis omnibus anathema dicere ausos?* Respondit

C. III.

D d d 4

Impe-

Monasterium Cassinense.

Sæcul. XII. Imperator: *Patienter fero, quæ monachi*  
A.C. 1137. *Cassinenses contra me egerunt, & bona*  
*fide ignosco. Papa quoque eis, quæ contra*  
*Sedem Romanam & ipsum deliquerunt, in-*  
*dulgeat. Reposuit Cardinalis: Quamvis*  
*in hac causa Pontificis nomine & iussu*  
*agamus, non tamen sine ipso rem tantam*  
*definire possumus. His omnes discesse-*  
*runt. Nocte sequente, quam Impera-*  
*tor, ut solebat, insomnem ducebat, Pe-*  
*trus Diaconus ad ejus pedes provolutus,*  
*pro conservanda Dignitate Cassinensis*  
*Monasterii vehementissime peroravit, &*  
*demonstrare conatus est, ipsius Imperato-*  
*ris multum interesse, ne illorum Abbatum*  
*auctoritas proculcicaretur.*

6. 112.

In Sessione quarta Cardinali Gerar-  
do dicenti, Papam Jus Episcopale, quod  
sibi in Abbatiam Cassinensem esset, ab-  
dicare non posse, Bertulfus Imperatoris  
Cancellarius respondit, hanc jurisdictionem  
in sola potestate ordinandi Abbatem  
absolvi. Cumque Cardinalis instantissime  
peteret, ut monachi juramentum, quod  
Papa exigebat, præstarent, & adjiceret,  
Papam multum mirari, Imperatorem  
rebellibus monachis contra se favere,  
Lotharius ira accensus, & ego, inquit,  
satis mirari non possum, quod precibus  
meis omnino nihil dandum esse credat,  
meis, inquam, qui jam mensibus quatuordecim  
cum exercitu meo, ipsi milito,  
qui

qui aurum ad sublevandam Reipublicæ necessitatem destinatum Papæ bono impendi, quem Sedi suæ restitui, cui populos omnes trans alpes degentes conciliavi. Tum, postquam commemorasset, quanta essent Montis Cassini merita, conclusit in hæc verba: *Vel Ecclesia Romana hoc Monasterium in gratiam recipiet, vel Imperium ab ea recedet.* Promisit Cardinalis, se omnia ad Papam delaturum esse, sicque finita est Sessio.

Die sequenti Cardinalis Gerardus retulit, quod Papa, ut precibus Imperatoris non nihil concederet, Monachis juramentum fidelitatis non autem juramentum obedientiæ remittat & addidit: *Dominus Papa illud quoque in mandatis nobis dedit, ut ipsius nomine, contra electionem Abbatis, ab excommunicatis in favorem hominis excommunicati & Schismatici peractam reclamaremus.* Inprimis querebatur Cardinalis, quod in electione Summi Pontificis consensum præterissent; at Petrus Diaconus affirmavit, Abbatem suum libere a monachis juxta Regulam S. Benedicti & antiquam consuetudinem eligi oportere. Tumque exempla non nulla contraria argumentis diluit. Cardinalis Gerardus illud quoque expromisit, Rainaldum Abbatem electum fuisse, Subdiaconum, cum Canones Presbyterum, aut saltem Diaconum eli-

Sæcul. XII.

A.C. 1137.

v. c. 115.

n. 2047.

c. 113.

Contentio  
inter Papam  
& Imperato-  
rem.

D d 5 gi

Sæcul. XII. gi præciperent, qui Evangelium prælege-  
 A.C. 1137. re posset. Ad istud ultimum nihil re-  
 sponsum, sed Imperator iterum Papam  
 rogare, ut monachis ignosceret. Et sic  
 quinta Sessio terminata. Imperator vero  
 maximi faciens Petrum Diaconum, qui  
 causam Monasterii singulari solertia de-  
 fendisse videbatur, eum suscepit, deinceps  
 sibi ab obsequiis futurum.

o. 115. Tandem Papa, continuis Imperato-  
 ris precibus cedens, non ultra repugna-  
 vit, sed Monachis & Abbati Montis Cassi-  
 ni ignovit. Igitur die S. Symphorose  
 Martyris, decima octava Julii, præstituta,  
 Imperator Rainaldum Abbatem, mona-  
 chos, Generum suum Henricum Ducem  
 Bavarix, complures alios Optimates, &  
 Præfules ad Papam misit. Ubi ad locum  
 a tabernaculo Pontificis haud procul po-  
 situm pervenerunt, aliquot Cardinales  
 venientibus obviam processerunt, atque  
 Rainaldi jurantis verba exceperunt, qui-  
 bus Schismati, Petro Leonis, & Rogero  
 Siciliæ, renunciavit, Innocentio Papæ  
 autem ejusque Successoribus obedi-  
 tiam promisit, & monachos hujusmodi  
 jusjurandum edere tergiversantes ea qua  
 in subditos valebat potestate ad juran-  
 dum compulit. Tum ab excommunica-  
 tionis censura absoluti, ad Papam accel-  
 serunt nudis pedibus, atque ad osculum  
 pacis admissi sunt. Inde Rainaldus de-  
 duci.

ducitur ad Imperatorem, in cuius con- Sæcul. XII.  
spectum antea non venerat; tunc vero A.C. 1137.  
honorifice admissus est, & numero Capel-  
lanorum adscriptus. (\*)

§. XL.

*Legatio Constantinopolitanorum ad  
Lotharium adornata.*

Sub idem tempus Legati Joannis Com-  
neni, Imperatoris Constantinopolita-  
ni ad Lotharium Imperatorem perve-  
niunt, victoriam de Rogerio Rege repor-  
tatam gratulantes. Cum ceteris Græcis  
autem venerat quidam Philosophus, qui  
contra Sacram Sedem & totam Occiden-  
tis Ecclesiam declamare cœpit; Papam,  
ajebat, potentissimo Principi similem, Im-  
peratorem referre non Episcopum; Cle-  
ricos Romanos, excommunicatos & azy-  
mitas

(\*) Hanc narrationis partem in Cardinali Ba-  
ronio non inveni, sed in Annalibus Benedicti-  
norum auctore P. Mabillonio hæc lego: *Quæ ad  
causam usque referuntur, & non a Petro Dia-  
cono scripta, sed a quodam male feriato Schis-  
matico conficta, & Chronico assuta, Baronio . . .  
videntur . . .* Addit deinde Mabillonius: *Cer-  
te ne dissimulem quod sentio, ejusmodi narra-  
tiones non omnino abhorrent ab ingenio & in-  
dole Petri Diaconi, qui Gloriam & ostenta-  
tionem subinde affectat. &c. Annales ad hunc  
annum. p. 262.*

Sæcul. XII. mitas dicebat. Huic homini respondendi provinciam cum Petrus Diaconus in se suscepisset, Lotharius Imperator ambos coram se disputantes auscultavit. Jactabat Græculus, se quidem judice Latinos excommunicatos esse, quia Symboli quidquam addidissent, adjiciens: *Videmus nostra ætate illud impleri, quod Deus*

c. 116.

*Isai. 24. 2. prædixit, per Prophetam: Et erit sicut populus sic Sacerdos, namque Episcopi ad bellum gerendum procedunt, ut etiam Papa vester Innocentius, milites conducunt, stipendia distribuunt, purpura vestiuntur.* Nempe Græci in Ecclesia sua similia non conspiciebant. Postquam vero nox litigantes diremit, Græcus commentarium, in qua conscripta erat disputatio, ad Patriarcham & Imperatorem Constantinopolitanum misit, Petro autem Diacono tradidit Scriptum, in quo textus adnotaverat, quorum auctoritate nixi Græci affirmabant, licita esse Presbyterorum suorum matrimonia. (\*) Ceterum Sedem Patriarchalem Constantinopolitanam

*Jus Græco Rom. p. 303.*

(\*) Da haben wir an diesem Philosophen einen heftigen Feind, welcher auf die Römische Kirche stürmet. Nur schade für alle diejenigen, welche von dieser Kirche abgesondert leben, daß dieser Griech wenigstens in der Lehre von dem Heiligen Geiste ein offener Ketzer gewesen ist. Die an dem

nam tunc occupabat Leo Stypiota, qui <sup>Sæcul. XII.</sup> anno millesimo centesimo trigesimo quar- <sup>A.C. 1137.</sup> to Joanni Calcedonensi successerat, & Constantinopoli annos octo & mensis octo sedit.

Exinde cum Lotharius Imperator exercitum suum & classem, cui Guibaldus Abbas Stabulensis præerat, Salernitanæ urbi admovisset, illa initis conditionibus deditioem fecit; præbuitque novæ litis occasionem inter Papam & Imperatorem, quippe uterque affirmabat, *Chron. Cass.* Salernum suæ ditionis partem esse. *6. 116.* Nova contentio deinde orta, quis eorum Ducem Apuliæ constitueret, toto ferme mense tenuit. Tandemque Papa, consentiente Imperatore, ad hunc Ducatum delegit Rainulphum Comitem, cui deinde ambo publice vexillum tradiderunt. Inde Beneventum digressi sunt, ubi Papa quemdam Gregorium Archiepiscopum esse jussit, postquam præsentis Clericos populumque interrogasset, an quis defectum in electione vel in Electi persona sciret. Tacentibus cunctis, eum Papa

Die

dem Stücke, die er der Occidentalischen Kirche vorrückt, gehören nur zu der Disciplin, und war es allerdings ein Mißbrauch, daß sich damal Päbste, Bischöfe und Aebte zu viel in das Kriegswesen eingemischet, welches aber anheut, Gott Lob, aufgehöret hat.



Sæcul. XII. Die Dominica, quinta Septembris anni  
A.C. 1137. millesimo centesimo trigesimo septimo  
 consecravit.

## §. XLI.

*Rainaldus Abbas Cassinensis deponitur.*

*Chron. Cass.* Inter hæc Imperator per amicos mon-  
 tur, Rainaldum Abbatem Cassinensem  
 c. 118. Regi Rogerio favere, & a Gregorio, Ado-  
 c. 119. nulphi S. Joannis filio, militem petisse,  
 quo Monasterii arces contra Imperato-  
 rem defenderet. Quo comperto Lothe-  
 rius missa militari cohorte Rainaldum  
 custodiae tradidit. Ipse deinde ad Mon-  
 tem Cassinum venit, & in Festo S. Cru-  
 cis, decima quarta Septembris, cum Au-  
 gusta monasterium intravit, cui uterque  
 vestes & vasa argentea munificentissime  
 donavit. Tum Imperator cum Episco-  
 pis & Proceribus suis in Capitulo assiden-  
 causam Rainaldi discuti jubet; sed intel-  
 ligens longum examen fore, præcepit  
 ut partes condicerent, se Judicio Papæ  
 & suo submissuras esse. Interea vero  
 c. 120. Pontifex, qui infra Montem in oppido  
 S. Germani erat, indigne ferens, quod  
 se tam propinquo, Imperator hanc cau-  
 sam cum suis proceribus tractare ausus  
 esset, comminatus est, se in omnes Prae-  
 sules, qui interfuissent, poena Deposicio-  
 nis animadversurum. Respondit Impo-  
 rator, nullam huic rei fraudem subfuisse.

nec solum jura Pontificis manere intacta, Sæcul. XII. A.C. 1137.  
 sed etiam causam integram ipsius judicio esse relictam. Itaque Papa Cassinum misit Aimericum Cancellarium, aliosque Cardinales, & S. Bernardum, qui, cunctis in Capitulo confidentibus, ornatissime peroravit. Inde, cum Cardinales auctoritate Summi Pontificis electionem Rainaldi nullam declarassent, in Ecclesiam processerunt, ubi Imperatore & Proceribus præsentibus Rainaldus super Sepulchrum S. Benedicti Baculum, anulum, & Librum Regulæ, videlicet suæ Dignitatis Insignia, reposuit.

6. 121.

In Rainaldi locum successus est Guibaldus, in Lotharingia natus, qui a prima ætate Institutum Monasticum amplexus in Abbatia Stabulensi, ibidem Artes liberales edoctus, & ab Imperatore Henrico V. Abbas nominatus fuerat. Is absens tunc Classariis Lotharii imperabat; sed jubente eodem vocatus, ad clavum monasterii Cassinensis sedere compulsus est; eum enim Cassinenses invito Papa elegerant, Imperatore liberam monachorum electionem propugnante, qui cum consensum a reluctantante Guibaldo vix obtinisset, tandem ei Investituram per sceptrum, quod manu rotabat, concessit, & Rainulphum Ducem Apuliæ, Robertum Principem Capuæ, aliosque propinquos Opti-

Sæcul. XII. Optimates, ad præstandum huic Abbati  
 A.C. 1137. fidei juramentum compulit.

## §. XLII.

*Lotharii Imperatoris obitus.*

*Chron. Saxo. Chr. Albert. Dodech. Rob. de Monte.*

*Sup. lib. LXVII.*

*Chron. Cass. IV. c. 24.*

Lotharius Imperator octo dies Cassinomoratus, cum Papa ad regiones Romæ vicinas reversus est, indeque peregrata Tuscia in Germaniam iter arripuit. Festo S. Martini Tridenti celebrato, morbo tentatur, & licet malum in dies ingravesceret, iter nihilominus profectus in quodam vico, per quem alpes ad-euntur, quarta Decembris, anno millesimo centesimo trigesimo septimo, vitam posuit, centenario haud multum minor, anno Regni sui decimo tertio, a suscepto Romanorum Imperio, die quarta Junii, quinto. Petrus Diaconus, quanta hujus Principis in Italia militantis pietas fuerit, illis rebus præsens, in hunc modum testatum facit: Primo diluculo Missam pro defunctis, alteram pro exercitu, & tertiam postremo illius diei audiebat. Tum cum Imperatrice pedes viduarum & orphanorum lavabat, & cibum potumque large distribuebat, quibus peractis querelas in causa Ecclesiarum ad se delatas audiebat, & tandem postrema cura Imperii erat. Hæc agens ab Episcoporum & Abbatum consortio non avellebatur, consilia prudentum virorum sequebatur.

batur, pauperum pater, miserorum Sacul. XII.  
 omnium præsidium, optimus Princeps, A.C. 1137.  
 sæpe tempore nocturno vigil, sæpe inter  
 calentes lacrymas orans. Ceterum Lo-  
 tharii corpus in Saxoniam reuectum, &  
 in Monasterio *Luter*, quod restaurave-  
 rat, tumulatum.

§. XLIII.

*Rex Ludovicus Crassus moritur.*

In Francia Rex Ludovicus Crassus ab ex-  
 peditione in Territorium Turonense  
 suscepta rediens gravissimo profluvii *Suger. vit.*  
 morbo per æstivos calores laborare cœ *Lud. p. 319.*  
 pit. Multum orans & sæpe confitens *Oderic. l. 13.*  
 peccata sua id unice a Deo flagitabat, ut *p. 912.*  
 ad S. Dionysium deferri posset, ubi ante  
 Sacra Martyrum corpora coronam Re-  
 giam deponeret, & Sancti Benedicti ha-  
 bitum indueret. Crescente vi morbi,  
 timens ne subita morte occuparetur, Epi-  
 scopos, Abbates & complures Presbyte-  
 ros convocavit, peccata sua confessurus,  
 & Viaticum accepturus, dumque omnia  
 præparantur, ipse de cubili surgit, ve-  
 stibus suis induitur, & Corpus Domini  
 Nostri afferentibus occurrit; quæ res  
 omnes in admirationem rapuit. In illo  
 loco coram omnibus circumstantibus,  
 Clericis Laicisque confessus, quod in ad-  
 ministratione Regni plurima peccata  
 commisisset, Filium suum Ludovicum  
*Hist. Eccles. Tom. XVI. E e e in-*

Sæcul. XII. investivit, tradens ei anulum suum.  
 A.C. 1137. Tum ad promittendum compulit, quod  
 Ecclesiam & pauperes esset defensurus,  
 cuilibet hominum jus suum conservatu-  
 rus, & neminem de Domesticis Regiæ  
 suæ carceri mancipaturus, nisi manifesti  
 criminis reum. Omnem suam supelle-  
 ctilem & vestimenta atque etiam amicu-  
 la corporis intima egentibus donavit,  
 Oratorii vero Regii ornatum pretiosissi-  
 mum Abbatia S. Dionysii scripsit.

His peractis ante Corpus & Sangui-  
 nem Domini Nostri (nam post Missam  
 paulo ante celebratam Sacra Mysteria ei  
 fuerant allata) genu flectens, professio-  
 nem Fidei edidit in hunc modum: Ego  
*Ludovicus peccator confiteor, dari unum  
 verum Deum Patrem & Filium & Spiritum  
 Sanctum; unam Personam de Sancta hoc  
 Trinitate, nempe Filium unicum, consub-  
 stantialem & coeternum Deo Patri, ex  
 sacratissima Virgine Maria carnem assump-  
 sisse, passum, mortuum fuisse, tertia die  
 resurrexisset & ad Cælos ascendisset, sedere  
 ad dexteram Dei Patris, atque ad judican-  
 dum vivos & mortuos in terribili & ulti-  
 ma die venturum. Credo, hanc Sacratissi-  
 simi corporis ejus Eucharistiam illud idem  
 esse Corpus, quod assumpsit de Virgine,  
 quod Discipulis suis, ut eorum anima &  
 corpori uniretur, tradidit. Credo firmis-  
 sime, hunc sacratissimum Sanguinem eum-  
 dem*

dem esse, qui de latere ejus, in Cruce pen-  
 dentis, defluxit, & bocce sacratissimo Via-  
 tico in decessu meo muniri & contra aë-

Sæcul. XII.  
 A.C. 1137.

reas potestates defendi ardentissime deside-  
 ro. (\*) His dictis, peccata sua confes-  
 sus, Corpus & Sanguinem Domini No-  
 stri recepit, & quasi convalescere cœpisset  
 ad suum conclave rediit. Cum de-  
 inde Melodunum atque Parisios profici-  
 sceretur, incolæ omnes ex oppidis &  
 vicis accurrebant, precibus Regem suum  
 Deo commendantes. Ruricolæ relictis  
 aratris advolabant vota facientes pro  
 Salute Principis, qui subditis suis dulcem  
 pacem conservaverat. Ita equo vectus  
 Ludovicus ad Monasterium S. Dionysii  
 pervenit, ubi ante arcas, ossa SS. Marty-  
 rum continentes, prostratus, gratias egit

E e e 2

effulis

(\*) Dieses Zeugniß eines Königs in Frankreich  
 für die wesentliche Gegenwart des Fleisches und  
 Blutes Jesu Christi im Heiligen Sacrament ist wi-  
 der die Herren Protestanten anserlesen, und unwi-  
 derleglich. Denn da kann man nichts entgegen se-  
 hen, als etwan die einmal nicht erträgliche Antwort  
 daß dieser König etwas von der Gegenwart Chri-  
 sti im Heiligen Abendmal wider die Meynung der  
 allgemeinen Kirche gealauhet hätte, und also ein  
 Ketzer gewesen wäre, oder aber daß die ganze Kir-  
 che geirret und aefehlet hätte; welches nur ein Mos-  
 heim oder ein Lutherischer Uebersetzer des Fleury  
 ohne allen Grund daher schwätzen kann.

Sæcul. XII. effusis lacrymis, suffragia eorum & præ-  
 A.C. 1137. sidium in reliquum vitæ expetens.

Tunc vero adsunt Guilielmi Ducis Aquitaniæ Legati, qui literas afferentes Ludovicum Regem docebant, Guilielmum, suscepta ad S. Jacobum peregrinatione, in itinere morte fuisse occupatum; verum priusquam viæ se commisisset, & etiam in itinere constitutum, in ultimis codicillis mandavisse, ut in Regis potestate esset, filiam ipsius Alienoram cui vellet nuptui dare, & Aquitaniam suis conditionibus adjicere. Gratissimum Regi fuit, quod offerebatur, promisitque se Principis defuncti filiam Ludovico filio suo natu majori in matrimonium datum esse. Quem abjecta omni mora iter arripere jussit cum comitatu, Regio Principe digno, possessionem Aquitaniæ aditurum, & matrimonium cum Alienora, latissimæ provinciæ hærede, consummaturum. Ceterum Guilielmus Dux in ipsa urbe Compostellensi ante Altare S. Jacobi, die Veneris, id est in Parasceve, seu nona Aprilis, eodem anno millesimo centesimo trigesimo septimo, animam reddidit. Scriptores recentiores hunc Guilielmum nunc ab ipsius parente, nunc a S. Guilielmo de Deserto, annis trecentis seniore, nunc a S. Guilielmo Eremita, anno millesimo centesimo quinquagesimo septimo fati functo, ex errore non

v. Boll. 10.  
 Febr. to. 4.

Sup. lib.

LXV. §. 39.

non distinxerunt, & complures de eo fa- Sæcul. XII.  
 bulas literis mandarunt. A.C. 1137.

Rex Ludovicus Crassus Parisios re- vit. p. 321.  
 dierat, ubi ob intolerabiles mensis Julii  
 æstus pristino morbo ingravescente ad  
 extrema deductus, Stephano Episcopo  
 Parisiensi & Gilduino Abbate S. Victoris,  
 cui familiariter confiteri solebat, nam il-  
 lud Monasterium a fundamentis Rex ex-  
 citaverat, accersitis, peccata sua iterum  
 exposuit, & Viaticum secundo accepit.  
 Cupiebat quidem ad S. Dionysium deferri,  
 ibique, ut votum editum impleret,  
 habitu monastico vestiri; sed cum vis  
 morbi hanc moram non concederet, hu-  
 mum aulæo sterni, & cineres in figura  
 crucis injici jussit, quibus a suis imposi-  
 tus, formato Crucis signo expiravit, pri-  
 ma die Augusti anno millesimo centesi-  
 mo trigesimo septimo, annos natus cir-  
 citer quinquaginta sex, postquam annos  
 viginti novem Francis imperasset. Se-  
 pultus est ad S. Dionysium. Vitam ve-  
 ro ejus scripsit Abbas Sugerius, ex qua Chron. Mau-  
 rin. p. 382.  
 in officio ejus anniversario quædam le-  
 ctiones recitabantur. Ludovicus filius  
 ejus natu maximus, anno ætatis circiter  
 decimo septimo, in Regno paterno succes-  
 sit, quod annos quadraginta tres tenuit.  
 Dicebatur Ludovicus junior, ut a paren-  
 te suo discerneretur, ac cognomentum  
 istud ei hodieque inhæret.



Sæcul. XII.  
A.C. 1137.

§. XLIV.

*S. Bernardus Salerni.*

*Chro. Benev.*  
*Chron. Cass.*  
*IV. c. 126.*

In Italia ubi Rex Rogerius comperit, Lotharium Imperatorem recessisse, ex Sicilia rediens Apuliam intrat, totam provinciam igne ferroque vastat, plerasque urbes ad deditionem compellit, quas inter fuit Capua, in quam gladio & flammis insæviit, ut nec loci Sanctitas Ecclesiis prodesset. Dederunt se Beneventani, ut totius urbis excidium effugerent, rursusque Antipapam venerari cœperunt. In tanta calamitate Innocentio Papæ visum, S. Bernardum mittendum esse, qui inter Regem & novum Ducem Apulie Rainulphum pacem reducere conaretur. S. Abbas Regi denunciavit, si conflictum cum hostibus iniret, futurum esse, ut vinceretur & probrose fugeret. At Rex cum se viribus superiorem cerneret, spreta admonitione, Ducis copias invasit; sed prælio victus, & fuga indecora se periculo eripiens, S. Bernardi vaticinium implevit. Tunc vero pacis condiciones audire statuit, & suadente Bernardo consentit, ut Cardinales tres ex Innocentii Fautoribus, qui ejus electioni interfuisent, & tres alii ex Anacleti Sectatoribus venirent, & Regem edocerent, quæ in electione tam unius quam alterius acta fuissent. His deinde perceptis illi parti-

*vit. Bern.*  
*tib. II.*

ti, pro qua æquitas pugnare videretur, se jungeret. Non enim ignorabat Rogerius, si se & regnum suum exciperet, totum orbem Christianum Innocentio parere.

Cum igitur ista exsequi utrinque constitutum fuisset, Innocentius Papa Salernum, ubi Rogerius Regiam fixerat, misit duos Cardinales, Aimericum Cancellarium, & Gerardum, cum S. Bernardo, Anacletus vero Antipapa Cardinales tres Matthæum Cancellarium, Petrum Pisanum, aliumque nomine Gregorium. Rex primum Innocentii electionem per dies quatuor a mane usque ad noctem, mira omnino patientia, pensavit, & quadriduo sequente adjuncta, quibus Anacletus electus fuisset, eadem diligentia discussit. Tumque, populo & Clericis Salernitanis, Episcopis, Abbatibusque, qui ibi degebant, congregatis, edixit, se solum hanc quæstionem solvere non posse; *quare, si bis Cardinalibus videatur, inquit, formam utriusque electionis conscribent, & duo Cardinales alter hujus & alter illius partis mecum in Siciliam trajicient, ubi me Festum Nativitatis Domini celebraturum spero. Tunc Episcopos, ceterosque viros sapientes, quorum secutus consiliū hactenus pro Anacleto steti, colligam, ac ex ipsorum sententia causam istam terminabo.* Gerardus Cardinalis respondit:

E e e 4                      Scias

Sæcul. XII. *Scias velim, nos quidem Formam electioni*  
A.C. 1137. *Innocentii Papæ non esse literis consignatos; satis tibi viva voce adjuncta omnia exposuimus; sed, si ita vis, Cardinalis Guido de Castello te in Siciliam navigantem sequatur. Aliquis etiam Cardinalium ex parte Anacleti missus.*

Ceterum cum causa de utroque Papa adhuc Salerni discuteretur, S. Bernardus præsentem Rege sermonem contulerat, cum Petro Cardinale Pisano, qui in arte bene dicendi, & in utraque tam legum quam Canonum Jurisprudencia præcipuus habebatur ab omnibus. Postquam Petrus pro Anacleto perorasset, Bernardus, scio, inquit, *Petre, te virum sapientem & literatum esse; & utinam sanior pars & honestiora te occupassent negotia sine dubio nulla tibi refutando par esset fecundia. Nos vero agrestes, sæpius legibus quam pragmaticis acclamationibus assueti, institutum silentium teneremus, si causa fidei non urgeret.* Maxima deinde dicendi vi unitatem Ecclesiæ commendabat, ostendens, Rogerium Regem viam bonam & rectam certissime non tenere, cum solus, ceteris omnibus Principibus adversantibus, Anacleto faveret. Tandem Petro Pisano validissimis argumentis persuasit, ut Romam rediret & Innocentio Papæ reconciliaretur. Regem autem Rogerium avaritia in schismate detine-

Petrus Cardinalis convertitur.

tinebat; quippe Ecclesie Romanae patri-  
 monia, ad Montem Cassinum & Beneven-  
 tum posita, usurpaverat, quae, si diffi-  
 cilem se praeberet, & differret Innocentio  
 subijci, tandem in mercedem obsequii,  
 iustis titulis, a Romana Sede obtinere  
 sperabat.

Saecul. XII.  
 A.C. 1138.

Quin nec miraculum, a S. Bernardo  
 in illa commoratione patratum, Rogerio  
 aliam mentem indere valuit. Quidam  
 vir nobilis & omnibus notissimus Salerni  
 aegrotabat, cujus morbus omnium Medi-  
 corum artem superaverat, quamvis illa  
 aetate Salernitanos praeter ceteris urbibus  
 medicinae studium celebraret. Ei per  
 quietem revelatum, in illam civitatem  
 Virum Sanctum advenisse, cui donum  
 morbos sanandi datum esset; ipsum er-  
 go quaerere, & de aqua illa, qua manus  
 abluisset, bibere jubebatur. Paruit mor-  
 bidus & sanitatem recuperavit. Hoc mi-  
 raculum tota urbe vulgatum ad Regis  
 quoque & omnium procerum aures per-  
 venit.

Cum Guibaldus Abbas Montis Cassi-  
 nensis Rogerium cerneret toti late regio-  
 ni dominari, & missis nunciis pacem petiis-  
 set, respondit Rex; nunquam se passurum,  
 ut Monasterio Cassinensi praeeset Abbas,  
 quem Imperator creasset, & si Guibaldus  
 in suam potestatem redigeretur, sciret,  
 quod elisis suspendio faucibus periturus

Chron. Cass.  
 IV. c. 127.

E e e s                      e s s e t .

Sæcul. XII. A.C. 1138. effet. Tunc vero Guibaldus, intelligens, suam præsentiam nocere monasterio, seque vitam temere periculo exponere, clam noctis beneficio usus, fuga se se præripuit, die secunda Novembris. Tum datus ad Congregationem Cassinensem literis suavit, ut alium Abbatem sibi eligerent. Ipse vero ad priorem suam Abbatiam Stabulensem rediit. Ergo duodecimo postquam recessisset die Monachi Cassinenses Abbatem eligunt Rainaldum Colementanum olim Rainaldi Etrusci æmulum, qui petitas a Rogerio Rege inducias obtinuit. Ceterum hic clauditur Chronicum Cassinense, a Petro Diacono & ejusdem Monasterii Bibliothecario continuatum.

6. 128.

## §. XLV.

*Anacleti Antipapæ obitus.*

*Chro. Benev. vit. S. Bern. II. c. 7. n. 47.* Sub initium anni sequentis millesimi centesimi trigesimali octavi, die septima Januarii rebus humanis ereptus est Romæ Petrus Leonis, postquam annos ferme octo Anacleti Papæ nomen gessisset. Clam ab amicis sepultus est, ut locus sepulchri celaretur Catholicis. Tunc vero factionis ipsius Cardinales, communicatis cum defuncti consanguineis consiliis, ad Rogerium nuncios mittunt, qui ejus obitum indicarent, Regisque voluntatem explorarent, an alium Papam eligi præ-

præciperet. Cum Rogerius id sibi gra-  
 tum futurum esse significasset, ipsi re-  
 sponso accepto, collectis suæ sectæ homi-  
 nibus, in medio mensis Martii eligunt  
 Gregorium, Cardinalem Presbyterum,  
 quem Victorem dixerunt. Non tamen  
 eo agebantur consilio, quod schisma diu-  
 tius tenere optarent, sed ut moras inji-  
 cerent, & isto temporis spatio honorifice  
 Innocentio Papæ reconciliari possent.  
 Quippe Antipapæ Anacleti fratres, nem-  
 pe Petri Leonis filii, tot turbis fatigati  
 ad mentem redierunt, & pacis conditio-  
 nes cum Innocentio arripuerunt, qui eis  
 magnam pecuniæ vim dedisse dicebatur.  
 Misellus autem Victor noctu S. Bernar-  
 dum adiit, a quo, Mitram & Pallium de-  
 ponere jussus, ad pedes Innocentii Papæ  
 deducitur, postquam ipsi inane Pontifi-  
 cis nomen menses duos datum fuisset.  
 Hoc modo Schisma in Octava Penteco-  
 stes, vigesima nona Maji, anno millesimo  
 centesimo trigesimo octavo, extinctum.  
 Primo omnium Filii Petri Leonis in con-  
 spectum Summi Pontificis se se contule-  
 runt, & præstito homagio subjectos se  
 professi sunt, tum etiam Clerici Schisma-  
 tici obedientiam promittentes accesserunt,  
 maxima totius populi Romani læ-  
 titia. Gilo tamen Cardinalis Episcopus  
 Tusculanensis, post obitum Antipapæ, ad-  
 hac in Schismate perseveravit. Id enim  
 disci-

Sæcul. XII.  
 A.C. 1138.

*Chron. Cass.  
 c. ult.*

*Bern. ep.*

317.

*Sæcul. XII.* discimus ex epistola Petri Venerabilis ad  
*A.C. 1138.* eum data, qua eum ad sinum Ecclesiæ re-  
*Pet. Clun. 2.* ducere conatur, nam Gilo olim mon-  
*ep. 30.* chis Cluniacensibus adscriptus fuerat.

*vit. Bern. c. 7.* Itaque Innocentius Papa Romanam  
*n. 48.* Sedem plena auctoritate occupabat. U-  
 dique conveniebant, alii negotiorum Ec-  
 clesiasticorum causa, alii solum redditam  
 tranquillitatem gratulaturi, & lætiti-  
 am sinceram professuri. Inter publicas præ-  
 ces ab una Ecclesia ad aliam procedebat  
 populus, & abjectis armis ad audiendum  
 Verbum Divinum confluebat. Securitas  
 & abundantia revehebantur. Ubi dein-  
 de licuit, Papa Officium Divinum in Ec-  
 clesiis restituit, & quarundam ruinas re-  
 paravit. Relegatos revocavit, colonias  
 desertas populis implevit. Ceterum In-  
 nocentius jam Romæ versabatur prima  
 die Maji anno millesimo centesimo trige-  
 simo octavo, quod cognoscimus ex ejus  
 Bulla Balduino favente, qui hoc anno Pi-  
 sis ad Dignitatem Archiepiscopalem eve-  
 ctus est. Eidem Pontifex Jurisdictionem  
 in Episcopatus tres Insulæ Corsicæ, & in  
 duos alios Sardinia, cum Legati potesta-  
 te in illa Insula, confert. Natus vero erat  
 Balduinus Pisis, postea Monachus Cister-  
 ciensis, & ex illo Ordine primus, cui Di-  
 gnitas Cardinalitia obtigit; eam enim  
 ipsi Innocentius anno millesimo centese-  
 mo trigesimo in Concilio Claromontano  
 tribue-

*ap. Ughel.* etus est. Eidem Pontifex Jurisdictionem  
*to. 3. p. 452.* in Episcopatus tres Insulæ Corsicæ, & in  
 duos alios Sardinia, cum Legati potesta-  
 te in illa Insula, confert. Natus vero erat  
 Balduinus Pisis, postea Monachus Cister-  
 ciensis, & ex illo Ordine primus, cui Di-  
 gnitas Cardinalitia obtigit; eam enim  
 ipsi Innocentius anno millesimo centese-  
 mo trigesimo in Concilio Claromontano  
 tribue-

*Mabill. ad*  
*epist. 144. S.*  
*Bern.*

tribuerat. S. Bernardum Balduinus tanta veneratione prosequabatur, ut licet Cardinalium honore emereret, S. Abbatibus ab epistolis esse non dedignaretur. Hinc etiam S. Bernardus Fratribus suis Claramvallis scribens affirmabat, sibi a carissimorum Fratrum consortio avulso in solo Balduino quidquam solatii superesse. Sæcul. XII.  
A. C. 1138.  
ep. 144.

§. XLVI.

*Gerardus S. Bernardi Frater obit.*

Nihil fratrum suorum absentia acerbius S. Bernardo accidere poterat; id enim dispicimus ex epistolis tenerrimo affectu ex Italia ad eos datis, cum tempore Schismatis ibi commorari cogere-  
ep. 143.  
144.  
 tur. Unde quinto post die, sublato schismate & rebus Ecclesiæ compositis, vit. lib. IV.  
c. I.  
 nulla interjecta mora, Roma excessit nihil præter Sanctorum Reliquias referens, Clericis, populo & Optimatibus omnibus abeuntem aliqua viæ parte comitantibus, scilicet, quem pacis auctorem extitisse nemo dubitabat. Claramvallem reversus Explicationem Cantici repetiit, lib. II. c. 7.  
n. 47.  
 ut ex initio Sermonis vigesimi quarti dispicimus. Haud diu post Fratrem suum germanum Gerardum amisit, cujus Orationem funebrem Sermonibus suis inseruit; quamvis enim Explicationem Cantici prosequi constituisset, vehementem c. 8.  
Serm. 26.  
n. 3.  
 tamen



Sæcul. XII. tamen animi dolorem, quem inter fratris  
 A.C. 1138. exequias dissimulaverat, ultra cohibere  
 non potuit. Non autem carissimum fratrem  
 extinctum luget, de ejus felicitate nihil dubitans,  
 sed se ipsum tanto auxilio destitutum esse deflet. Nam Gerardus,  
 etiamsi literas non didicisset, tamen  
 erat maturo judicio, prudentia consummata,  
 ac singulari solertia rem œconomicam, artes,  
 & negotia tractabat; unde fratrem suum Bernardum  
 ab omni curâ rerum temporalium liberabat,  
 & otium ei faciebat, quo orationi, literarum studiis  
 & prædicationi vacaret. Nihilominus Gerardus  
 animo erat ad interiora & spiritualia collecto,  
 atque etiam ipsi Bernardo salutaria suggerere  
 consilia, ut tunc factum legimus, cum eum aliquando  
 ipsius humilitatem experiretur, verberis corripuit,  
 quod cuiquam sanitatem tempore promississet,  
 nempe cum primum suum Bernardus edidit miraculum. Ceterum in illo  
 Sermone Bernardus dicit, non potestare se,  
 quidquam humani a se alienum esse, & lacrymas  
 suas pro fratre fuisse excusat adductis exemplis  
 Samuelis, Davidis & ipsius Jesu Christi, qui non solum  
 aliorum lacrymas in Lazari funere non reprehendit,  
 sed & ipse juxta alios fleuit.

*Sup. lib. LXV. §. 43.  
 vit. lib. I. n. 43.*

## §. XLVII.

Sæcul. XII.  
A.C. 1138.*Electio Episcopi Lingonensis.*

Sub idem tempus S. Bernardum aliud negotium haud parum afflixit. Guilielmo Sabranensi Episcopo Lingonensi, eodem anno millesimo centesimo trigesimo octavo, fatis functo, cum Hugo Ducis Burgundiæ filius huic Sedi vacanti quemdam Monachum Cluniacensem Episcopali honore indignum vellet imponere, S. Abbas omnibus viribus obstitit, non solum amore causæ communis ad bonum totius Ecclesiæ spectantis, sed etiam speciatim monasterii Clarævallis, in Diocesi Lingonensi positi, atque Episcopo simpliciter subjecti. Rei summam ipse in Commentario ad Papam misso explicat in hunc modum: *Dum adhuc Romæ essemus, contigit ut illo veniret Archiepiscopus Lugdunensis, & cum eo Robertus Decanus Ecclesiæ Lingonensis & Olvicus Canonicus, petentes, ut sibi & Capitulo Lingonensi Episcopum liceret eligere. Mandatum enim a Papa acceperant, ne id præsumerent, nisi juxta Virorum Religiosorum consilium. Cum ergo banc licentiam mea opera a Pontifice obtinere cuperent, absit, inquam, nisi sciam & certus sim, quod virum bonum & idoneum eligere intendatis. Responderunt, suum propositum a meo pendere arbitrio; nec aliud se*

ep. 164.

Sæcul. XII. *se facturos, nisi quod ego consulerem, spo-*  
A.C. 1138. *ponderunt. Verum me non satis eorum*  
*verbis fidem habente, accessit Archiepiscopus eadem pollicitus, & adjiciens, quod si secus Clerici agere molirentur, id se minime esse confirmaturum. Cancellarius quoque Romanus ut testis advocatus est; nec his contenti adivimus etiam Pontificem, ut ejus auctoritate, quod inter nos convenerat, confirmaretur. Prius tamen de hac re diu contuleramus, & inter complures viros duo nominati fuerant, de quibus omnes consenseramus, alterutrum nemine nostrum repugnante eligi posse. Itaque Papa, quod nobis placuerat, immutabiliter servari præcepit, idque Canonici firmiter promiserunt. Illis deinde abeuntibus, & ego post paucos dies licentiam discedendi impetravi.*

*Ecce vero res incredibilis! dum Alpes superamus, comperimus, instare diem, qua consecrandus esset homo in Episcopum Lingonensem, de quo utinam meliora & honestiora audivissemus. Nolo autem dicere, quæ invitus audivi. Tandem Viri Religiosi non pauci, qui salutandi gratia nobis occurrerant, persuaserunt, ut in itinere Lugdunum diverteremus, & si fieri posset rem nefariam probiberemus. Nam ego viæ compendium facere statueram, consulens valetudini & lassitudini corporis, præsertim, quod non satis firmam, fateor,*

fateor, primis illis rumoribus fidem adhiberem. Et profecto, quis credidisset, tantum Præsulem tanta agere levitate, ut postposita tam recenti promissione sua, & Præpositi sui mandato, personæ infamiam imponere non timeret? Sed his non obstantibus, ubi Lugdunum pervenimus, quod fama nobis denunciaverat, vidimus; nempe parabantur illa non festa sed infausta Solemnia. Decanus tamen & maxima (ni fallor) pars Lugdunensium Canonicorum constanter aperteque refragabantur. Sed & rumor pudendus dolendusque, passim crebescens totam urbem compleverat.

Quid facerem? a divi Archiepiscopi ea, qua par erat veneratione, monui de pacto inito, memorem esse rogavi mandati, quod a Summo Pontifice accepisset. Ipse nihil eorum, quæ afferebam, negavit. Sed causam mutationis retulit in filium Ducis, qui a constituto resilierat; ideo se quoque consilium aliud arripuisse, ne ille offenderetur, & pax turbaretur. Tum addidit, quidquid hactenus egisset, se deinceps nihil nisi ex nostro arbitrio facturum esse. Tum ego, gratias agens, absit, inquam, non enim nostra, sed Dei voluntas fiat, quæ forsitan ita cognoscetur, si res ponatur in consilio Episcoporum aliorumque virorum, quorum explorata sit pietas, qui partim a te vocati adsunt, partim ad-

Sæcul. XII.  
A.C. 1138.

Ecclesia Lin-  
gonensis.

Hist. Eccles. Tom. XVI. Fff ven.

Sæcul. XII. *venturi sunt. Quod si invocato S. Spiritu consensus omnium vos ad procedendum in cæpto opere animaverit, procedite ut cæpistis; sin autem, acquiescendum est*  
A.C. 1138.  
 1. Tim. 5, 22. *Apostolo dicenti: Nemini cito manum imponas. Visum est consilium meum Antistiti placuisse. Inter hæc vero nunciatur, hominem illum venisse, non in Palatium Episcopale, sed in hospitium. Vespere sextæ Feriæ venit, & Sabbato mane recessit. Non est meum dicere, cur nec in Curia Archiepiscopali conspici voluerit, postquam ideo tam longum iter emensus fuisset; nisi forte verecundia monastica & honorum contemptus obstitit. Sed aliam omnino causam subfuisse, quæ secuta sunt, docuerunt. Et revera quid aliud, saltem tunc, credere debuimus, quando Archiepiscopus, ab ipsius colloquio rediens, testatus est coram omnibus, nullo modo eum voluisse acquiescere, & nihil ipsi probari, quod de eo decretum fuisset.*

*Denique Archiepiscopus præcepit ad electionem procedi, quod per aliquos Lingonenses Canonicos tunc præsentés & per literas, quæ adhuc exstant, demonstratur. Quibus in Capitulo Lingonensi oblatis & lectis, pro pudor, statim leguntur aliæ per omnia prioribus contrariæ, in quibus Consecratio Episcopi non rejecta, sed dilata dicebatur, & dies locusque præstituebatur, ad decidendam causam, quam literæ prio-*

res

res nunciaverant decisam. Putasses ex  
 bis literis, non modo diversas, sed & ad-  
 versas sibi loquentes personas invicem con-  
 tendentes audire, nisi una eademque ima-  
 go ceris impressa, & unum idemque no-  
 men\* appositum, conspexisses. Has lite-  
 ras sibi ipsis contrarias manibus teneo.  
 Interim homo ille, qui consecrationem fu-  
 gerat, & electionem de se rejecerat, festi-  
 navit ad Regem, & Regalium Investitu-  
 ram obtinuit; quibus meritis, ipse vide-  
 rit. Mox datis epistolis & locus conse-  
 crationis mutatur & dies præstituta anti-  
 cipatur, ut copia agendi & appellandi ad-  
 versariis subriperetur. Sed, non est con-  
 silium contra Dominum! appellarunt ta-  
 men Falco Ecclesiæ Lugdunensis Decanus,  
 Bonus-amicus Sacerdos & Canonicus ejus-  
 dem Ecclesiæ, Pontius Archidiaconus Lin-  
 gonensis, ac Fratres nostri Bruno & Geo-  
 fridus. Tam breve siquidem temporis spa-  
 tium erat præstitutum, ut ex quo rescivi-  
 mus diem, vix quatrimum nobis superfue-  
 rit, quo nuncium mitteremus aliquem ex  
 Canonicis Lingonensibus, qui Ordinatio-  
 nem Sacrilegam anteverteret. Is quoque  
 se se opposuit, & tam electum quam eum  
 consecraturus ad Sedem Apostolicam pro-  
 vocavit. Nihil hic a me dictum, nisi so-  
 lo veritatis amore, teste ipsa veritate.

Sæcul. XII.  
 A.C. 1138.

\* Archiepi-  
 scopi Lug-  
 dunensis.

Sæcul. XII.  
A.C. 1138.

§. XLVIII.

*Epistolæ S. Bernardi de Electione  
Lingonensi.*

Ep. 167.

Sanctus Bernardus, cum Commentarium istum Romam mitteret, literis quoque ad Papam datis, quid ibi in causa Episcopatus Lingonensis actum fuisset, in memoriam reduxit, quid ipse præcepisset, & quam sancte Archiepiscopus Lugdunensis promississet, omnia se fideliter exsecuturum esse. Queritur de Præsulis hujus inconstantia, & Papam rogat, ut in mores hominis illius, quem in Sedem Lingonensem intrudere volebant, inquireret. Monet, ut ad ea intenderet, quæ ipsi Pontius Archidiaconus dicturus esset; unde intelligimus, quod Archidiaconus ad tractandam hanc causam Romam missus fuerit. S. Bernardus, datis etiam ad Episcopos & Cardinales Curia Romanæ literis, memores esse rogat, quanta cum ipsis egisset & tulisset, tempore Schismatis, quo vires corporis usque adeo attrivisset, ut vix ad sustinendos itineris labores in patriam remeanti suffecissent. *Post reditum vero meum, inquit, nihil nisi afflictionem & dolorem inveni, siquidem Dii fortes terra contra nos elevati sunt, Lugdunensis scilicet Archiepiscopus & Abbas Cluniacensis,*

Ep. 168.

*sis, qui in virtute sua & multitudine divitiarum suarum confidunt.*

Sæcul. XII.  
A.C. 1138.

Petrus vero Abbas Cluniacensis omnino causam Monachi sui, electi Episcopi Lingonensis, tuebatur, quod cognoscimus ex Epistola ad Papam data, in qua rogat, ut huic Ecclesiæ integram eligendi libertatem concedat, & paterno affectu recipiat Ducis Burgundiæ filium, qui tunc Romam, nunquam ante a se visam, proficiscebatur. Forte etiam id ipsum Ecclesiæ Lingonensis negotium suscepti itineris causa præcipua erat. Idem Abbas Cluniacensis, data etiam ad S. Bernardum epistola, affirmat, quæcunque de Monacho electo Episcopo Lingonensi ad ipsum delata fuissent, a calumniatoribus esse conficta, & in fine subdit: *Si forsan, ut nihil dissimulem, ideo vos Adversarios patitur, quod Monachi Cluniacenses a Cisterciensibus timeantur, tollamus suspicionem, & ab ipsa natura discamus, quod unusquisque sibi similem amet. Si ergo Monachus Ecclesiæ Lingonensis Cathedralam conscendat, monachos Cistercienses amabit ceterosque, & sic proprio commodo serviet. Cumque videvit Cistercienses a nobis amari, ab exemplo nostro recedere non audebit.*

*Petr. Clun. II. ep. 136.*

*I. ep. 29.*

Appellatione ad Papam non obstante, cum ille Monachus, Episcopus Lingonensis, ab Archiepiscopo Lugdunensi





Sæcul. XII.  
A.C. 1138.

- ordinatus fuisset, Episcopis Augustodunensi, & Matisconensi assistentibus, S. Bernardus multo vehementius declamavit, data ad Papam epistola, in qua dicit:
- ep. 166. *En lectulo recubantem plus cordis quam corporis dolor excruciat. Nec enim ullum malum temporale deploro, sed de Salute animæ meæ agitur. Num vultis, ut illi homini credam animam meam, qui perdidit suam? (\*)* Tandem exoptatum effectum sortita est hæc S. Bernardi epistola; nam abrogata Monachi Cluniacensis electione, Ecclesiæ Cathedrali Lingonensi præfectus est Geofridus, S. Bernardi propinquus, monasterii Clarævalensis Prior. Verum Rex ægre adduci potuit, ut ei Investituram concederet, quam priori Cluniacensi dederat; quare S. Bernardus Regi scripsit in hæc verba:
- ep. 170. *Si totus orbis adversum me conjuraret, & cogere vellet, ut quidquam adversus Regiam Majestatem moliver, ego tamen Deum timerem, & ordinatum ab eo Regem*

(\*) Paulo superius in hac epistola dixerat S. Bernardus: *Rogo, ubi jus, ubi Lex, ubi Sacrorum auctoritas Canonum? ubi denique reverentia Majestatis? illa, illa quæ nulli negatur oppresso, soli mihi non profuit appellatio. Ubi nimirum imperabat aurum, judicabat argentum; Leges Canonesque silebant, locum ratio & æquitas non habebant.*

gem offendere non audeam. Sed nec me Sæcul. XII.  
 latet, quam omni Christiano, quam meæ A.C. 1138.  
 præcipue professioni mentiri contrarium  
 sit. Veritatem dico, non mentior, quod  
 Lingonis de Priore nostro factum est, præ-  
 ter spem & voluntatem Episcoporum,  
 meamque accidit; sed datur supremus Do-  
 minus, qui suo arbitrio etiam adversas  
 hominum voluntates ad id, quod vult, fa-  
 ciendum compellit. Quomodo enim peri-  
 culum, quod mihi ipsi timui, illi non me-  
 tuissem, quem diligo tanquam me ipsum?  
 at factum infectum fieri nequit. Et in  
 hoc facto tibi nihil nocet, mihi autem mul-  
 tum detrahatur. Mibi baculus imbecilli-  
 tatis meæ sublatus est, mihi lumen oculo-  
 rum meorum ereptum, mihi abscissum est  
 brachium dexterum. Tum Regi Dei iram  
 & vindictam comminatur, nisi Ecclesiis  
 vacantibus Remensi & Lingonensi Pasto-  
 res idoneos dari mature curaret. Hor-  
 tatur, ne spem subditorum populorum  
 optimam in auspiciis Regni sui conce-  
 ptam falleret, & Electionem Geofridi  
 tum proprii commodi causa, tum etiam  
 ut Regionis securitati consulat, confir-  
 maret. Neutiquam irrita fuit Bernardi  
 exhortatio; nam Geofridus Sedem Lin-  
 gonensem anno millesimo centesimo qua-  
 dragesimo obtinebat. Quod ad Eccle-  
 siam Remensem spectat, illa post obitum  
 Rainaldi Archiepiscopi, decima tertia Chart. ap.  
Perar. pag.  
134.

Fff 4

Janua-

Sæcul. XII. Januarii anno millesimo centesimo trigesimo nono mortui, vacans demum post elapsos annos duos Episcopum accepit.

A. C. 1138.

## §. XLIX.

*Conradus III. Rex Romanorum.*

*Otto. Fris. VII. Chron. c. 22. Do dech. a. 1138. Chrenager. Sax. Id.* In Germania, Lothario Imperatore fati-  
functo, Comitia generalia Moguntia  
celebranda ad Festum Pentecostes anno  
millesimo centesimo trigesimo octavo in-  
dicta fuerant; sed cum non nulli Princi-  
pes timerent, ne Henricus Superbus Dux  
Bavariae, defuncti Imperatoris gener, so-  
lus in illo Conventu dominaretur, cum  
illa tempestate omnes Germaniae Princi-  
pes potentia superaret, congregati Con-  
fluentiae, in Festo Cathedrae S. Petri, vi-  
gesima secunda Februarii, Regem Roma-  
norum elegerunt Conradum, Ducem  
Sueviae, Henrici V. ex sorore nepotem.  
Hæc electio præsentem Theoduinum Episco-  
po Cardinali, & Sacrae Sedis Legato, per-  
acta est, qui consensum Papæ, Romano-  
rum, & omnium in Italia urbium acces-  
surum esse promisit. Tum Neo electus  
Rex Conradus III. Aquisgranum delatus,  
in illa civitate in Dominica mediæ Qua-  
dragesimæ, die decima tertia Martii, un-  
gitur a Cardinali Legato, Archiepiscopis  
Coloniensi & Trevirensi, aliisque Episco-  
pis assistentibus. Nam Archiepiscopi  
Coloniensis quidem fuisset Regem coro-  
nare,

nare, sed is Pallium Roma necdum acce-  
 perat. Rex vero Conradus, Festo Pa-  
 schæ, quod hoc anno millesimo centesi-  
 mo trigesimo octavo in tertiam Aprilis  
 incidebat, Coloniae celebrato, inde Mo-  
 guntiam digressus, huic Sedi, mortuo  
 Alberto Archiepiscopo, vacanti defuncti  
 nepotem, & ipsum Albertum nomine,  
 juxta electionem Clericorum & populi  
 præfecit. At Saxones & Dux Henricus,  
 cui præter Bavariam etiam Saxonia infe-  
 rior parebat, contra electionem Conradi  
 Regis reclamabant, cumque ad Comitiam  
 totius Gentis a Conrado ad Festum Pen-  
 tecoestes Bambergæ celebranda fuissent  
 invitati, illi quidem adfuerunt, sed Dux  
 Henricus contumaciter venire recusavit,  
 qui, deinde gradu suo dejectus, anno se-  
 quente etiam vitam posuit.

In illo Conventu Bambergensi Neo  
 electum Archiepiscopum Moguntinum,  
 Albertum secundum, Die Dominica in  
 Octava Pentecoestes, ordinavit S. Otto  
 Episcopus Bambergensis, qui haud diu  
 postea superstes fuit. Nam senectute &  
 morbis debilitatus in dies deficiebat;  
 supremo tamen vitæ tempore curam  
 pauperum non abjecit, quibus urbes &  
 pagos vicinos implevit, ut largiter elee-  
 mosynam acciperent. Ecclesiarum quo-  
 que & Monasteriorum necessitatibus in  
 sua Dicecesi paterne providebat, quibus

Sæcul. XII.  
 A.C. 1138.

vit. c. 45. 46.  
 to. 2. Canis.

Fff 5

San-

**Sæcul. XII.** Sanctis operibus intentum fata mortali-  
**A.C. 1138.** tati eripuerunt, vigesima nona Junii, an-  
 no millesimo centesimo trigesimo nono.  
 Corpus defuncti per triduum in omnes  
 urbis Ecclesias delatum est, ubi Sanctum  
 Sacrificium & preces continuæ pro ani-  
 ma Episcopi oblatae, multaque eleemo-  
 synæ in pauperes sparsæ. Die quarta,  
 mensis Julii secunda, Imbrico Episcopus  
 Herbipolensis, defuncti amicus, ad exe-  
 quas celebrandas advenit, & oratione  
 funebri pronunciata commemoravit,  
 quantum Antistitem, Ottone e vivis  
 translato, pauperes, Imperator, Papa,  
 Ecclesia, Respublica amisissent. Tan-  
 dem S. Otto in Ecclesia Monasterii S. Mi-  
 chaelis, ab ipso fundati, sepelitur, quem  
 post annos ab obitu quinquaginta Cle-  
 mens III. Pontifex maximus Sanctorum  
 numero solemniter adscripsit; ejus ve-  
 ro memoriam die, qua sepultus est, Ec-  
 clesia colit.

*Mart. Rom.*  
*2. Jul.*

§. L.

*Albericus Legatus in Anglia.*

Innocentius Papa Albericum Episcopum  
 Ostiensem, cum Legati potestate, in  
 Angliam & Scotiam miserat. Erat ve-  
 ro Albericus de Gente Francorum, Bel-  
 vaci natus, tum Monachus Cluniacensis  
 & Prior ad S. Martinum *de pratis*, quem  
 nuper Papa Cardinalem creaverat. Is  
 ubi

*10. 10. Conc.*  
*p. 992.*

ubi in Angliam pervenit, & mandata sibi Sæcul. XII.  
 injuncta, ac Papæ epistolas, ad Reges A.C. 1138.  
 Angliæ & Scotiæ, ad Turstainum Archi-  
 episcopum Eboracensem (nam Sedes Mabill. ad  
 Cantuariensis tunc vacabat) ad Episco- ep. 24. S.  
Bern.  
 pos & Abbates utriusque Regni, dire-  
 ctas exhibuit, honorifice exceptus est.  
 Socios itineris acceperat Abbatem Mo-  
 lismensem & complures alios monachos  
 transmarinos; quamprimum autem in  
 Angliam appulit, Richardum Abbatem  
 Fontanensem ex Diœcesi Eboracensi, Or-  
 dinis Cisterciensis, magnæ auctoritatis  
 virum, ad se accersiri jussit. His comi-  
 tibus omnes prope Ecclesias Cathedrales  
 & monasteria Angliæ lustravit. Ubi ve-  
 ro pedem in Scotiam intulit, Carleoli  
 obvium sibi habuit Regem Davidem,  
 cum Episcopis, Abbatibus & Regni Pro-  
 ceribus, quos ad Communionem Inno-  
 centii Papæ reduxit; quippe factioni Pe-  
 tri Leonis addicti fuerant. Triduo ibi  
 moratus Albericus, cum comperisset, Jo-  
 annem Episcopum Glascoviensem, clam  
 relicta Ecclesia sua, nemine licentiam tri-  
 buente, Tironii Monachum induisse, pe-  
 tiit, ut Rex misso cum literis nuncio eum  
 revocaret, & nisi rediret, lata sententia  
 ad obediendum compelleretur. Quod  
 etiam executioni datum est. Tum Le-  
 gatus Regem Scotiæ urgebat, ut pacem  
 iniret cum Rege Angliæ; quin etiam  
 ejus

Sæcul. XII. A C. 1138. ejus pedibus advolvi non exhorruit; plus tamen quam sex hebdomadarum inducias, scilicet usque ad Festum S. Martini obtinere non potuit. Pictis deinde, incolis Scotiæ, qua Septentrionem spectat, populo barbaro, persuasit, ut intra illud ipsum temporis spatium omnes puellas mulieresque a se captas Carleolum reducerent, & libertati restituerent. Eosdem & alios Barbaros ad promittendum compulit, quod in bello Ecclesias nolent profanare, quod feminis & infantibus vellent parcere, ac etiam neminem, nisi armatum & repugnantem, occidere.

§. LI.

*Concilium Londinense.*

Albericus Legatus ex Scotia ad Festum S. Michaelis discedens, ad Curiam Stephani Regis Angliæ rediit, ubi Episcopis & Abbatibus totius Regni ad Concilium generale, in Festo S. Nicolai Londini celebrandum (quod tamen non ante decimam tertiam Decembris hujus anni millesimi centesimi trigesimali octavi inchoatum est) convocatis, præfuit; aderant vero Episcopi octodecim & Abbates circiter triginta. Turstainus Archiepiscopus Eboracensis ægrotans Guillelmum Ecclesiæ suæ Decanum, vicarium suum misit. Conditi vero sunt in hoc Concilio Canones septendecim, plerumque

que ex Synodis recentioribus præceden-  
 tibus petiti. Ultra octo dies Corpus  
 Christi non reservetur. Neque ad in-  
 firmos, nisi per Sacerdotem, aut per Dia-  
 conum, aut necessitate instante per quem-  
 libet, cum summa reverentia deferatur.  
 Auctoritate Apostolica prohibetur, ne  
 Sanctimonialia pretiosis pelliculis, velle-  
 ribus ponticis, marterinis seu Scythicis,  
 aut annulis aureis utantur. Capillos suos  
 nec torqueant, nec more Sæcularium  
 componant. Hujus Decreti quæ inven-  
 ta fuerit violatrix anathemati sub-  
 jaceat. Præterea si Magistri scholarum aliis scho-  
 las suas locaverint pro pretio, Ecclesia-  
 sticæ vindictæ subjaceant.

In eodem Concilio actum est de ele-  
 ctione Archiepiscopi Cantuariensis, illa  
 Sede annis jam duobus vacante post obi-  
 tum Guilielmi Corboniensis, fatis functi,  
 anno millesimo centesimo trigesimo no-  
 no, postquam annis quatuordecim Pon-  
 tificex Cantuariensis fuisset. Ergo Guiliel-  
 mo tandem subrogatur Theobaldus Ab-  
 bas Beccensis, consentiente Hieremia Ec-  
 clesiæ Cantuariensis Priore, atque statim  
 post Epiphaniam a Sacræ Sedis Legato  
 sub initium anni millesimi centesimi tri-  
 gesimi noni ordinatur. Vir erat singu-  
 lari prudentia & mansuetudine præditus,  
 qui illam Sedem annis viginti duobus te-  
 nuit. Antequam Concilium solveretur,  
 Lega-

Sæcul. XII.  
 A.C. 1138.

c. 2.

c. 15.

c. 17.



Sæcul. XII. Legatus omnes Episcopos Angliæ & com-  
A.C. 1138. plures Abbates invitavit ad Concilium,  
 Romæ ab Innocentio Papa in medio Qua-  
 dragesimæ celebrandum. Et ipse ne ab-  
 esset, proxime post Octavam Epiphaniæ  
 ex Anglia solvit, sequentibus eum Theo-  
 baldo Archiepiscopo, aliis quatuor Epi-  
 scopis & quatuor Abbatibus, qui nomine  
 omnium Præsulum Angliæ Concilium  
 Romanum adierunt. Noluit enim Ste-  
 phanus Rex pluribus Episcopis abitum  
 concedere, quod pax domestica & totum  
 Regnum tunc multis adversis turbare-  
 tur.

## §. LII.

*Fucherus Archiepiscopus Tyriensis.*

*Guil. Tyr.*  
*XIV. c. II.* Innocentius Papa Romam redux venien-  
 tem ad se Fucherium, Neo electum  
 Archiepiscopum Tyriensem, Pallium pe-  
 titurum, recepit. Erat vero Fucherus  
 Inculismi ortus, postea Abbas Monaste-  
 rii Chellensis Canonorum Regularium,  
 cumque Gerardum Episcopum suum,  
 Schismaticorum in Aquitania principem,  
 sibi haberet infensissimum, vale Fratribus  
 suis dicto, Hierosolymam profectus est,  
 ubi sub Regula in Congregatione S. Se-  
 pulchri degit. Ecce autem Guilielmo  
 Archiepiscopo Tyriensi, ex Latinis pri-  
 mo, e vivis translato, Fucherus per ele-  
 ctionem ei sufficitur, vir in literis quidem  
 me-

mediocriter versatus, sed pius, constans, Secul. XII.  
 & Disciplinæ Ecclesiasticæ amantissimus, A. C. 1138.  
 qui exinde Ecclesiam Tyriensem annis  
 duodecim rexit. A Guilielmo Patriar-  
 cha Hierosolymitano ordinatus, cum de-  
 inde, exemplo suorum Antecessorum mo-  
 tus, Romam ire ad petendum Pallium  
 statuisset, iter facienti jussu Patriarchæ  
 insidiæ structæ sunt, ita ut ægre tandem  
 Romam pervenerit, postquam in via non  
 nunquam pessime habitus magna pericu-  
 la evasisset. Ubi ex Italia Tyrum rediit,  
 necdum Patriarcha iræ temperaverat,  
 sed Ecclesiam Tyriensem antiquæ suæ Di-  
 gnitati restituere, & damna Archiepisco-  
 po illata resarcire recusabat. Hæc co-  
 gnoscimus ex epistola Papæ ad Patriar-  
 cham Hierosolymitanum ex Palatio La- in ep. 4.  
 teranensi decima septima Decembris, ut  
 conjicere licet, anno millesimo centesimo  
 trigesimo octavo, data.

Sedes Tyriensis olim primum tene-  
 bat locum inter Ecclesias tredecim Sedi  
 Antiochenæ immediate subjectas, quæ  
 singulæ complures Ecclesias Episcopales  
 subditas habebant. Tyriensi Ecclesiæ Guil. c. 14.  
 Archiepiscopali quatuordecim Suffraga-  
 nei suberant, & *Protothronus* dicebatur;  
 verum postquam Latini Palæstinam in  
 suam ditionem redegerunt, Patriarcha  
 Hierosolymitanus affirmabat, Tyrum suæ  
 Jurisdictioni fuisse adjectam, per illud  
 Privi-

Sæcul. XII.

A.C. 1138.

Privilegium, a Paschali Papa secundo Rege Balduino & Gibelino Patriarchæ concessum, quo Patriarchæ Hierosolymitano Jus in omnes Episcopatus, a Rege subigendos dederat. Patriarcha Hierosolymitanus Archiepiscopo quidem Tyriensi primum etiam locum inter Suffraganeos suos assignaverat, sed tres Episcopatus, ipsius Sedi Archiepiscopali subditos, Acriensem, Sydoniensem & Berytensem subtraxerat. Præterea Patriarcha Antiochenus eundem possessione Ecclesiarum Bibliensis, Tripolitanae & Antardensis privaverat, non quod negaret, has Tyriensi Ecclesiæ esse de jure subjectas, sed quod ipsum Archiepiscopus tanquam Ecclesiæ Archiepiscopalis Tyriensis Superiorem non agnosceret. Ceterum Fucherio Archiepiscopo Roma reduci Patriarcha Hierosolymitanus, licet reluctans, tres Suffraganeos reddidit; ceteris vero, datis literis, Papa præcepit, ut sub Jurisdictionem Metropolitanæ sui redirent, & Patriarchæ Antiocheno scripsit, ne eos Tyriensi Archiepiscopo amplius subtraheret.

c. 13.

ep. 5. &amp;c.

## §. LIII.

*Rudolphus Patriarcha Antiochenus.*

*Guil. c. 10.* Sedem Antiochenam tunc temporis occupabat Rudolphus, natus in oppido, vulgo *Domfront*, in confiniis Territorii Ceno-

Cenomanensis & Normanniæ posito, vir Sæcul. XII.  
 artis militaris peritus, pompam amans & A.C. 1139.  
 munificus, inde etiam populo & viris no-  
 bilibus gratissimus. Quippe Bernardo,  
 primo Patriarcha Antiocheno Latini ri-  
 tus, anno Pontificatus sui trigesimo sex-  
 to, id est, Salutis humanæ, millesimo  
 centesimo trigesimo quinto, fatis functo,  
 cum Archiepiscopi & Episcopi amplissi-  
 mæ Sedis Suffraganei in Palatio Patriar-  
 chali convenissent, Patriarcham electuri,  
 populus Præsulibus inconsultis, excitato  
 tumultu Rudolphum jam prius Archiepi-  
 scopum Mamistrensem, quæ civitas vetus  
 Mopsuestia in Cilicia est, elegerunt, & in  
 Cathedra S. Petri collocarunt. Tunc  
 vero Præsules ad eligendum Episcopum  
 congregati, timentes furorem populi im-  
 manem in modum vociferantis, dilapsi  
 sunt, recusantes obedire Patriarchæ,  
 quem non elegissent. Ipse nihilominus  
 Ecclesiæ & Palatii Patriarchalis possessio-  
 nem adiit, & ne Pallium a Papa per mul-  
 tas ambages petere cogeretur, illud pro-  
 tinus ex Altari S. Petri arripuit. Paula-  
 tim etiam non nullos Suffraganeorum  
 suorum ad suam Communionem pertra-  
 xit, & si animos Canonicorum suorum  
 sibi conciliasset, hanc Sedem quiete ob-  
 tinere potuisset. Sed eos ipsorum Bona  
 invadens in se concitavit, & immensæ  
 divitiæ congestæ hominis animum usque

*Hist. Eccles. Tom. XVI. Ggg adeo*

Sæcul. XII. adeo inflarunt, ut ceterum mortalium  
A.C. 1139. genus sibi comparatum vix hominum no-  
mine satis dignum existimaret, viros  
quosdam de sua Diœcesi præcipuos vi  
adhibita ejecit, alios carceri & ferreis  
vinculis tradidit, dicens, quod in ipsius  
necem conjurassent. Ita denique, quod  
omnium odium meruisset, sibi ipsi con-  
sciis, propriæ mentis stimulis agitato,  
vix inter familiares satis securum se cre-  
debat. Adversarios præ ceteris infensos  
habebat Lambertum Ecclesiæ suæ Archi-  
diaconum & Arnulphum Calabrum, vi-  
rum nobilem, literis instructum, rebus  
gerendis parem, qui exinde Archiepisco-  
patum Cosentinum consecutus est. Hi  
iter Romam ingressi sunt, querelas ad-  
versus Rudolphum Patriarcham delatu-  
ri; Raimundus vero, Princeps Antioche-  
nus, eorum Fautor, Rudolphum ad ean-  
dem profectioem suscipiendam compu-  
lit. Arnulphus viæ compendio usus, ut  
Patriarchæ adventum anteverteret, ubi  
in Siciliam appulsus est, cum amicis &  
propinquis ad Rogerium Ducem se con-  
ferens, ecce, ait, *justus Deus, manibus tuis  
tradit Patriarcham, qui contra fas omne  
Principatum Antiochenum tibi rapuit.  
Is enim paulo post in Siciliam tuam pedem  
inferet.* Cumque Dux in omnes portus  
arcana mandata misisset, Rudolphus, nul-  
las insidias suspicatus, & Brundisium in-  
vectus,

*Guil. Tyr.  
XV. c. 12.*

vectus capitur, vinculis constringitur, & <sup>Sæcul. XII.</sup> in Siciliam abstrahitur. Unde vero, cum A.C.1139. solertissimus esset & facundissimus, quibusdam conditionibus cum Duce pace inita, Romam honorifice dimittitur.

In principio Romæ difficilia omnia Rudolpho videbantur, cum inimicus Sacrae Sedis haberetur, cui suam per omnia æqualem jactaret; nam dicere auditus fuerat, Cathedram S. Petri æque Antiochiæ existere ac Romæ, quin etiam Antiochenam Romanæ Ecclesiæ Sororem esse natu majorem. Tandem opera amicorum suorum in conspectum Pontificis admissus, & tota Curia præsentem magnifice exceptus est. Adfuere etiam ipsius Adversarii, qui oblati Libellis actionem in Judicio contra eum prosecuturi erant, sed cum Judicibus Romanis documentis necessariis ad eum convincendum instructi esse non viderentur, utrique parti præceptum est; interim acquiescerent, <sup>Antiochia.</sup> donec Papa Legatum in Siriam mitteret, hujus causæ adjuncta melius comperturum. Tum Patriarcha Pallium, quod Antiochiæ proprio arbitrio & spreta, ut dicebatur, Sacrae Sedis auctoritate, assumpserat, reddidit, aliudque, supra corpus S. Petri pro more depositum, de manu primi Diaconi accepit. Ita Pontifici reconciliatus in Siciliam rediit, ubi Dux

G g g 2 in

6.31.

Sæcul. XII. in Syriam navigaturo triremes dedit.  
 A.C. 1139. Verum, postquam illo pervenit, Ecclesia

c. 14.

Antiochena eum recipere noluit, coactusque est primum in Monasterium montis Nigri haud procul positum, & deinde ad Comitem Edeffenum, qui eum, ut ad se inviseret, rogaverat, confugere. Tandem, saltem in speciem Principi Antiocheno reconciliatus, magna pompa in urbem Antiochenam invectus est.

c. 15.

Inter hæc Papa Legatum in Syriam misit Petrum, Archiepiscopum Lugdunensem, qui Acriam appulsus, nihil antiquius habuit quam Hierosolymam petere, Deum in civitate Sancta precaturus. Urgebant autem Legatum Lambertus & Arnulphus ut Antiochiam veniret. Ergo Acriam reversus est, ubi morbo correptus, cum inclinata admodum esset ætate, e vita decessit. Quin data venenata potione peremptus fuisse dicebatur. Itaque Rudolphi Patriarchæ Adversarii, spe sua delusi & tot laboribus in hac causa frustra susceptis fatigati in gratiam cum eo redire studuerunt. Ipse Lambertum Archidiaconi Dignitati restituit, sed Arnulpho ignoscere noluit, qui summo opere irritatus, favente sibi Principe Romam secundo petiit, Sacram Sedem ad alium Legatum in Asiam mittendum sollicitaturus. Ceterum Petrus Archiepiscopus Lugdunensis obierat, ut me-

mora

moravimus, vigesima nona Maji anno <sup>Sæcul. XII.</sup> millesimo centesimo trigesimo nono. <sup>A.C. 1139.</sup> Ei in Ecclesia Lugdunensi successit Falco, <sup>Gall. Chron.</sup> ejusdem Ecclesiæ Decanus, quem rite electum Geofridus Episcopus Lingonensis & S. Bernardus tanquam multorum meritorum virum, datis literis, Summo <sup>ep. 171. 172.</sup> Pontifici commendarunt.

§. LIV.

*Concilium Generale Lateranense.*

Concilium universale, Romæ ab Innocentio Papa indictum, in Palatio <sup>to. 10. p. 999.</sup> Lateranensi, die octava Aprilis, anno millesimo centesimo trigesimo nono, nempe <sup>Chron. Mau-</sup> Sabbato quartæ Hebdomadæ in <sup>Qui-</sup> Quadagesima celebratum est, quod inter Concilia Generalia Decimum habetur. <sup>rin.</sup> Mil- le plus minusve adfuere Episcopi. Qu- dam illius temporis Scriptor in Oratione, quam Summus Pontifex in principio Con- cillii ad Patres congregatos habuit, verba sequentia, præter alia eidem in ore po- nit: *Nostis, quia Roma Caput est mundi, & quia a Romani Pontificis licentia Ec- clesiastici honoris celsitudo quasi Feodalis juris consuetudine suscipitur, & sine ejus permissione legaliter non tenetur.* (\*)

G g g 3 Huc-

(\*) Sunt ipsa verba ex Actis Conciliorum, non quidam ex ipso Concilio, sed ex Actis adjectis Chronici Mauriniacensis.



Sæcul. XII.  
A.C. 1139. Hucusque hanc paritatem de Dignitatibus Ecclesiasticis & Feudis, quarum rerum natura in omnibus profecto differt, adductam nusquam legimus. Sed Oratio Pontificis eo præcipue tendebat, ut Ecclesiæ concordia, post dirum Schisma, confirmaretur, quod etiam totum Concilium potissimum exoptabat. Conditi autem sunt Canones triginta, qui ferme iidem sunt ac Canones Concilii Remensis, anno millesimo centesimo trigesimo primo celebrati, de verbo ad verbum repetiti, sed in alium modum divisi; quamvis plerumque nomine Concilii Lateranensis, utpote amplioris & majoris auctoritatis, citentur. In hoc Concilio Lateranensi iterum prohibentur militum certamina in nudinis, & novus Canon conditur contra Ballistrarios & Sagittarios; ne contra Christianos & Catholicos mortiferam suam artem exerçant. At non dispicimus, hanc Constitutionem melius quam priorem fuisse servatam. Laici decimas Ecclesiasticas non possideant, five eas ab Episcopis, five a Regibus, vel quibuslibet demum acceperint. Quas nisi Ecclesiæ reddiderint, sciant se Sacrilegii crimen committere, & periculum æternæ damnationis incurrere.

*Sup. 5. 9.*

*can. 14.*

*c. 29.*

*c. 10.*

*c. 28.*

Sub Anathemate interdicitur Canonicis, ne ab electione Episcopi excludant Viros Religiosos; sed cum eorum consilio

lio aut saltem assensu Episcopum eligant, <sup>Sæcul. XII.</sup>  
 & quod absque eorum communicatione A.C. 1139.  
 egerint, irritum habeatur & vacuum.  
 Hi Viri Religiosi illi ipsi esse videntur,  
 quos hodieque hoc vocabulo indicaremus,  
 nimirum Monachi & Canonici Regulares.  
 Ceterum iste Canon, nisi fallor, omnium  
 antiquissimum est documentum, unde cognoscuntur  
 Cathedralium molimina, quibus electionem  
 Episcoporum sibi solis tribuerunt, non solum  
 Laicis, sed etiam Parochis & Clericis reliquis  
 omnibus tam Regularibus quam Sæcularibus  
 exclusis. His enim omnibus in electione  
 Episcopi juxta Canones non nullum jus erat,  
 ut suo <sup>Sup. lib.</sup> semper tempore ex Actis publicis <sup>LIII. §. 33.</sup>  
 retuli.

In eodem Concilio damnantur quædam  
 mulieres, quæ licet neque secundum  
 Regulam S. Benedicti, nec S. Basilii, aut <sup>c. 26.</sup>  
 S. Augustini, imo ne quidem in Congregatione  
 viverent, Sanctimoniales tamen cenferi  
 desiderabant, in privatis domiciliis degentes,  
 in quibus sub hospitalitatis velamine passim  
 hospites, etiam minus religiosos, suscipere  
 non erubescabant. Simili modo prohibetur,  
 ne Sanctimoniales in eodem Choro cum  
 Canonicis vel <sup>c. 27.</sup>  
 Monachis ad psallendum conveniant. In

hoc quoque Concilio de verbo ad verbum  
 repetitur tertius Canon Concilii, <sup>Sup. lib.</sup>  
<sup>LXVII. §. 2.</sup>

Sæcul. XII. Tolosæ a Callisto II. Papa, anno millesimo centesimo decimo nono celebrati, contra Manichæos recentiores, qui Sacramenta rejiciebant. Unde dispicimus, hos Hæreticos adhucdum errores suos sparsisse; ea vero, quæ sequentur, istud luculentissime demonstrabunt.

## §. LV.

*Arnaldus Brixienfis condemnatur.*

**I**n Concilio Lateranensi Errores Arnaldi Brixienfis quoque, simplicis Lectoris & olim Abaëlardi Discipuli, damnati sunt. Homo erat, non hebetis ingenii, plus tamen verborum profluvio quam sententiarum pondere copiosus, singularitatis amator, & novitatis cupidus. Is a studiis literarum e Gallia, ubi diu fuerat, in Italiam reversus, Religiosum habitum, quo amplius decipere posset, induit, omnes lacerare cœpit & rodere, Episcopos, Clericos, Monachos vituperabat, nec Papæ parcebat, solis adulabatur Laicis. Dicebat enim, nec Clericos Bonorum proprietatem, nec Episcopos Regalia, nec Monachos immobilia possidentes, ulla ratione salvari posse, cunctaque hæc sub Principis esse Dominio, a cujus beneficentia Laicis tantum concedi possent. Clericos de decimis & de iis, quæ populus sponte offerret, vivere oportere, & mensa frugali contentos esse debere.

Præter

to. 10. Conc.

p. 1102.

Ex Otton.

Frising. c. 20.

Et Gunth.

Ligur. lib. 3.

Præter hæc de Sancto Sacramento Alta-  
 ris & Baptismo parvulorum hæud sane  
 sentire dicebatur. Hujusmodi sermoni-  
 bus Ecclesiam Brixensem, patriam suam,  
 perturbabat, & Ecclesiasticas Scripturas  
 malitiose exponens, Laicos, prurientes  
 contra Clericos aures habentes, incita-  
 bat. Quippe Episcoporum & Abbatum  
 fastus, ac Clericorum Monachorumque  
 mollities & effrena licentia opportunisti-  
 mam criminandi occasionem præbebat;  
 sed veris falsa miscebat. Itaque Brixie  
 & in pluribus aliis civitatibus Clerici, ut  
 vulgi fabula & ludibrium, publice con-  
 temnebantur. Quare Arnaldum in Con-  
 cilio Lateranensi ab Episcopo suo aliisque  
 viris piis accusatum Papa silere deinceps  
 jussit; ipse vero Brixia aufugiens, supe-  
 ratis alpibus, ad Tigurinos se se recepit,  
 ubi commorans, & plebem docens, brevi  
 temporis spatio totam illam regionem  
 suis erroribus implevit.

Sæcul. XII.  
 A.C. 1139.

§. LVI.

*Schismatici depositi.*

In ultimo Canone Concilii Lateranensis  
 Ordinationes peractæ a Petro Leonis  
 aliisque Schismaticis & Hæreticis irritæ  
 esse censentur, videlicet, ut nobis id ex-  
 plicat illius temporis Scriptor, Papa per-  
 petuo Interdicto illigavit, deposuitque  
 illos, qui a Schismaticis, præsertim ab

*Chro. Maur.*

G g g 5                      Anti-

Sæcul. XII. Antipapa & a Gerardo Inculismensi ordi-  
A.C. 1139. dinati fuerant, addito mandato, ne un-  
 quam ad altiorem gradum admitti pos-  
 sent. Tum quemlibet Episcopum, in  
 Concilio præsentem, & in Schismate or-  
 dinatum, suo nomine compellans ad se  
 iussit accedere, cui postquam culpam in-  
 dignans exprobravit, Pedum de manu  
 rapuit, annulumque de digito, & Pal-  
 lium Pontificale humeris detraxit. Ab  
 hoc rigore ne quidem Petrus Pisanus ex-  
 emptus fuit, quem Papa sua dignitate pri-  
 vavit, quamvis ei, cum Schisma reliquit,  
 S. Bernardo persuadente, ignovisset.  
 Quare S. Abbas querelas movit, data ad  
 Papam epistola, vigore plena, in qua lau-  
 dans quidem ejus contra Schismaticos  
 zelum, dicit; non debere infligi æqua-  
 lem pœnam, ubi dispar culpa esset, nec  
 Pontificem famæ suæ consulere, si quod  
 ipse fecisset, destrueret.

*Sup. §. 44.*  
*ep. 213.*

§. LVII.

*Rex Rogerius pacem cum Papa init.*

**R**ex Rogerius, qui Schismatis languen-  
 tis reliquias tuebatur, in Concilio La-  
 teranensi cum omnibus fautoribus & Se-  
 ctatoribus excommunicatus. At vix so-  
 luto Concilio Rex e Sicilia in Italiam trans-  
 mittens septima Maji anno millesimo cen-  
 tesimo trigesimo nono Salernum appulit,  
 totamque Apuliam peragravit. Omnes  
 urbes,

Sæcul. XII.  
A. C. 1139.

urbes, si Trojam & Barium exceperis, de-  
ditionem fecerunt. Quo comperto Pa-  
pa Roma egressus, collectis, quas in illa  
festinatione potuit, copiis usque ad op-  
pidum S. Germani infra Montem Cassi-  
num processit. Tunc vero Legati utrin-  
que missi, qui de pace agerent. Sed ec-  
ce, inter hæc Regis filius, Papam, iter  
facientem, mille equitibus stipatus, a  
tergo aggressus, capit, & decima Julii ad  
patrem suum deducit. Illico Rex Roge-  
rius nunciis ad Papam, captivum suum,  
missis, humillime pacem rogat, quam Pa-  
pa a suis destitutus, sine viribus, sine ar-  
mis deprehensus facile concessit. Ergo  
conditiones fœderis conscribuntur, quas  
inter præcipua fuit, quod Pontifex Ro-  
gerio Regnum Siciliae, filiorum alteri Du-  
catum Apuliae, alteri Principatum Capuae  
daret.

His mutuo consensu compositis, Rex  
duoque ipsius filii in conspectum Papæ  
veniunt, ad ejus pedes provoluti veniam  
petunt, atque obedientiam promittunt.  
Fidelitatem quoque Pontifici ejusque  
Successoribus jurarunt; qua fide acce-  
pta, Papa Rogerium Regno Siciliae, tra-  
dito vexillo, investivit. Hac industria  
Rogerius Titulum Regis, ab Antipapa  
sibi datum, a Legitimo Pontifice confir-  
matum accepit. Itaque pace, in Festo  
S. Jacobi vigesima quinta Julii, jurejuran-  
do

Sæcul. XII.  
A.C. 1139

Innoc. ep. 9

do inita, Innocentius Papa Bullam edidit, in qua, factum Antipapæ dissimulans, obsequia a Roberto Guischaro, novi Regis avo, & a Rogerio ejusdem parente Ecclesiæ præstita, & Dignitatem, quam ipsi Honorius Papa concesserat, nempe Ducis Titulum, commemorat. *Quare, inquit, Regnum Siciliae, cum Ducatu Apuliae & Principatu Capuae concedimus tibi & Successoribus tuis, si nobis se se homagio debito obligaverint, & censum annuum sexcentorum Scyphatorum reddiderint.* Erat vero Scyphatus nummus aureus cum Scypho impresso. (\*)

Cang. Gloss.

Inde Innocentius Beneventum digressus, ibique eo honore, qui ipsum Sanctum Petrum decuisset, exceptus, Rossmannum Archiepiscopum, ab Antipapa ordinatum, ex illa urbe secundo expulit. Die secunda Septembris Romam rediit, ubi

Chro. Benev.

(\*) Huic Bullæ, seu Epistolæ numero nonæ, ut sæpius solebat Innocentius Papa subscripsit his verbis: *Ego Innocentius Catholice Ecclesiæ Episcopus.* Sed major auctoritas & potestas latet in Titulo, *Pontifex Romanus* quam Episcopus *Ecclesiæ Catholice*, ut enim nihil de eo dicamus, quod Titulo Episcopi *Ecclesiæ Catholice* omnes ceteri Episcopi de jure Divino uti possint, quo modo etiam antiqui Episcopi, & nominatim S. Augustinus tom. V. pag. 375. subscribebant, Summi

ubi ingenti omnium desiderio expectabatur. Cum vero Romani hortarentur, ut pacem cum Rogerio Rege sancitam tolleret, rejecto eorum consilio, aiebat, se singulari Dei providentia ab hostibus fuisse captum, ut inde reducendæ pacis nasceretur occasio. Nec abs re, nam pax ista omnibus Principibus probabatur, atque Rogerius exinde Rex legitimus ab iis ipsis habitus est, apud quos antea Usurpator & Tyrannus audiebat. Quod dignoscimus ex epistolis, a S. Bernardo & Petro Abbate Cluniacensi ad eum datis.

Sæcul. XII.  
A.C. 1139.

Bern. ep.  
207.  
Petr. III.  
ep. 3.

§. LVIII.

*S. Malachias Hybernus.*

Sub idem tempus S. Malachias, negotia Ecclesiæ suæ peracturus, Romam venit, annos vitæ numerans quadraginta quinque; nam anno millesimo nonagesimo quinto lucem primo aspexerat, ex patre nobili & matre piissima ortus. In civitate Armachena educatus, & literis instru-

vit. auct. S.  
Bern. opusc.  
12. c. 1.

mi Pontifices auctoritatem & Jurisdictionem suam ex eo maxime probant, quod sint Successores non alterius cujusquam Apostoli, sed S. Petri, ad quem Christus dixit: Pasce oves meas Joan. 21, atqui id ipsum optime & clarissime per vocem: *Episcopus seu Pontifex Romanus*, demonstratur.



Sæcul. XII. instructus, se se disciplinæ cujusdam Viri  
 A.C. 1139. Sancti, nomine Imarii, subdidit, ejusque

c. 2.

exemplo rigidam admodum vitam ducere cœpit. Haud diu post Celsus Archi-

c. 3.

episcopus Armachanus Malachiam Diaconum & deinde Presbyterum, licet invitum ordinavit. Idque, ex Magistri ejus sententia ne quidem expectata ætate, quam Canones præscribunt, videlicet ad suscipiendum Diaconatum annorum viginti quinque, & Presbyteratum annorum triginta. Tum ab Archiepiscopo Vicarius constitutus magno fructu adlaborare ad excolendos populos barbaros, Superstitiones evellere, cantum Horarum Canoniarum, & Ecclesiæ Romanæ Ritus invehere, usum Confessionis, Sacramentum Confirmationis, & Leges conjugii contrahendi instituire.

Ut vero ipse Malachias plenius Ritus Catholicæ Ecclesiæ edoceret, Malchum Episcopum in *Lesmor*, civitate Mumoniæ adiit, qui in Hybernia natus, postea in Anglia & Monasterio Wintoniensi diu versatus fuerat, vir non solum Doctrinæ & virtutis merito, sed etiam editorum prodigiorum fama celeberrimus. Malachias aliquot annos apud eum moratus in Ultoniam revocatur, ubi clarissimum olim Monasterium *Bancor* seu Bencorienfe, in quo ante annos quingentos S. Columbanus degerat, postea a Piratis vastatum,

c. 6.

Sup. lib.  
XXXV.

§. 9.

Sæcul. XII.  
A.C.1139.

tum, & longo tempore desertum, restau-  
ravit. Cum deinde Sedes Episcopalis  
*de Conner* seu Connoretensis in eadem  
Ultoniæ Provincia posita vacasset, Mala-  
chias Episcopus invitus eligitur, atque  
Imarii, Magistri sui, & Celsi Metropolitæ  
mandatis ad eum recipiendum compelli-  
tur. Annum circiter trigessimum ætatis  
suae agebat, cum ordinatus est Episcopus,  
unde sequitur, id anno circiter millesimo  
centesimo vigesimo quinto factum. Ec-  
ce vero, ubi incepit homo Dei pro offi-  
cio Episcopali agere, intellexit, non ad  
homines, sed feras bestias se missum fuis-  
se, nomine Christianos, re paganos. Non  
Decimas, non Primitias Ecclesiæ dabant,  
non legitima inibant conjugia, non con-  
fitebantur, pœnitentias nec qui peteret,  
nec qui daret, erat. Ministros Altaris  
paucos habebant, qui inter Laicos otiosi  
vivebant. Nec enim in Ecclesiis aut  
prædicantis Sacerdotis vox aut cantantis  
audiebatur. Nihilominus S. Episcopus  
in medio luporum intrepide stare decre-  
vit, non fugere. Ergo nunc publice cun-  
ctos exhortatur, nunc aliquos secreto  
commonet; totam deinde Diœcesim in-  
visit, nullos labores refugit, injurias &  
contumelias non exhorruit, noctes inte-  
gras in oratione coram Deo persevera-  
vit. Ita tandem hominum illorum bar-  
baries paulatim leniri cœpit, receperunt  
Hyber-

c. 8.

Sæcul. XII. Hybèrni Disciplinam Ecclesiasticam, Ec-  
 A.C. 1139. clesias frequentarunt, Sacramentorum  
 Solemnia celebrarunt, & concubinatum  
 honestis nuptiis expulerunt.

c. 10.  
 Ecclesia Hy-  
 bernia.

Aliquot post annos, Celsus Archiepi-  
 scopus Armachanus morbo tentatus, &  
 intelligens, finem vitæ sibi imminere, in  
 ultimis mandatis constituit, ut Malachias  
 Episcopus sibi in Sede Archiepiscopali  
 subrogaretur, quod nullus alius prima  
 Hybernæ Sede videretur dignior, idque  
 fieri præcepit auctoritate S. Patritii, cui  
 repugnare in Hybernia nemo audebat.  
 Verum mos pessimus inoleverat, quod  
 Sedes illa Successione Hæreditaria adire-  
 tur; jam enim annos prope ducentos in  
 possessione hujus Archiepiscopatus una  
 familia erat, nec degenerem hac Digni-  
 tate frui patiebatur. Si vero Clerici de  
 sanguine illo defecissent, Laici sufficie-  
 bantur, quippe ante Celsum octo viri,  
 uxorem habentes & absque Ordinibus,  
 Literati tamen, Archiepiscopatum te-  
 nuerant. Inde proficiscebatur illa Disci-  
 plinæ Ecclesiasticæ dissolutio, Religionis  
 oblivio, & tanta in Hybernia barbaries,  
 ubi sine ordine, sine ratione mutabantur  
 & multiplicabantur Episcopi pro libitu  
 Metropolitanæ, ut in singulis pæne Ecclesiis  
 singuli essent Episcopi. His denique ma-  
 lis ut mederetur Celsus, Malachiam sibi  
 Successorem exoptabat.

Nec

Nec frustratus est a spe sua, nam Celso mortuo electus est Malachias. Non tamen mox nec ita facile ad possessionem pervenit; quippe Mauritius quidam ex illa familia ortus, occupata diu ante Ecclesia, annos quinque vi & armis eam tenuit. Itaque Malachias, cum sibi recusandi onus occasionem nactus videretur, prætendebat, se pauperulum tam potentibus Adversariis nihil posse opponere, inveteratum esse abusum, in vasorem sine cæde & sanguine depelli non posse, postremo, junctum se esse Sponsæ alteri, quam dimittere non liceret. Tandem postquam Usurpator Mauritius annis tribus Sedem occupasset, bonis omnibus Malachiam onus subire jubentibus & anathema intentantibus, consentiens, *ad mortem, inquit, ducitis me, sed obedio spe Martyrii ductus, ea tamen conditione, ut si vindicaverit sibi Deus Hæreditatem suam a diripientibus eam, & pax redierit, liceat mihi ad priorem Sponsam reverti.* Verumtamen Malachias civitatem Armachanam non intravit, quamdiu Mauritius incubator in vivis fuit, ne forsân cædis causa esset. Mauritio autem decedenti curæ fuit quemdam consanguineorum suorum, Nigellum nomine, hæredem sibi subrogare; sed Rex, Episcopi & Fideles Malachiam in Cathedra collocarunt, & Nigellus fugere compulsus Dignitatis suæ

Sæcul. XII.  
A.C. 1139.

C. II.

*Hist. Eccles. Tom. XVI. H h h In*

Sacul. XII. Insignia, videlicet Evangelium S. Patri-  
A.C. 1139. cii, Baculum auro & gemmis vestitum,  
 quem manibus suis Iesus Christus tenuisse  
 se credebatur, abstulit, quibus signis,  
 quocumque iret, sibi maximam populi  
 venerationem conciliabat.

c. 12.

c. 14.

Triginta octo annorum erat Malachias, cum in Cathedra Armachana sedere coepit, nempe anno reparatae Salutis millesimo centesimo trigesimo tertio, primisque Episcopatus sui annis iniuriarum suorum calumniis & violentia multum afflictus est; sed Vir Sanctus tandem constantia & patientia invicta omnibus adversis superior evasit. Igitur post elapsam triennium, pace & libertate Ecclesiae restituta, pulsa barbarie, & reformatis ubique moribus Christianae Religionis, memor conditionis adjectae, cum onus subisset, discedere statuit, & Episcopum Armachanae civitati dedit Gelasium virum optimum, talique honore dignum, consentientibus Clericis & populo, qui initum pactum frangere non audebant. Malachias, Gelasio consecrato, eoque Regi ac Principibus enixe commendato, ad suam Dioecesim rediit; non tamen Connoretum, sed Dunum se contulit. Cujus rei causa haec fuit; videlicet illa provincia duas antiquitus Sedes Episcopales habuerat, idque tanquam melius & Saluti populorum utilius Malachiae videbatur,

tur. Quamobrem, cum jam ante Conno-  
 reti Episcopum ordinasset, ipse Duni Se-  
 dem fixit, quæ deinde in illa Regione pri-  
 mum locum obtinuit. Ibi ergo, adscita  
 Canonorum Regularium Congregatio-  
 ne, solitudinis monasticæ quiete frui cogi-  
 tabat, sed obsistebat convenientium tur-  
 ba, quippe ad eum consulendum non me-  
 diocres modo, sed etiam potentissimi con-  
 fluebant, cujus vitam Apostolicam mira-  
 bantur, & sententiam velut cœleste ora-  
 culum excipiebant.

Sæcul. XII.  
 A.C. 1139.

§. LIX.

*S. Malachias Romæ.*

Sub illud tempus S. Malachias Romam  
 petere decrevit, ut tute omnia age-  
 ret, facta sua confirmari rogaret, & Pal-  
 lium postularet pro Sede Armachana,  
 quæ illud nunquam acceperat, & pro alia  
 etiam Sede Metropolitana, quam novam  
 Celsus erexerat, sed Armachanæ tan-  
 quam Primati subditam. (\*) Intolerabi-  
 le videbatur omnibus Malachiam carissi-  
 mum patrem ex Hybernia solvere; sed  
 tamen iter aggressus anno millesimo cen-  
 tesimo trigesimo nono, Scotia & Anglia  
 peragratis, in Franciam venit, ubi Clara-  
 valle

c. 15.

H h h 2

(\*) Verba S. Bernardi hanc Historiam scriben-  
 tis sunt: Et defuerat ab initio Pallii usus, quod est  
 plenitudo honoris.

Sæcul. XII. valle commoratus, sincero amicitiaæ foedere S. Bernardo junctus est. Tum Romæ ab Innocentio Papa benignissime susceptus, nihil prius inter calentes lacrymas ab eo petiit, quam quod ipsius animo altius infixum erat, ut benedicente Summo Pontifice Claravalle vivere & mori liceret. Id autem non obtinuit, quod Papa virum lucris potius uberioribus occupandum decerneret. Mensẽ integrum in Urbe moratus, Loca Sancta orationis causa devote lustravit, quo temporis spatio Pontifex sæpe ac diligenter ab ipso & ab itineris sociis inquirebat, quis esset Hyberniæ, patriæ ejus, situs & soli natura, qui Gentis hujus mores, quis Ecclesiarum status, & quanta in terra illa Deus, Malachiæ opera usus, patrasset. Tum, reditum parantem, Legatum suum, datis literis in tota Hybernia constituit. Cumque Malachias etiam rogasset, ut novam Metropolim confirmaret, Papa illico Bullam concessit; at cum simul utriusque Sedis Pallia peterentur, respondit Pontifex: *Istud oportet solemnius agi; in Hyberniam redux, Concilium Generale celebrabis, & communi Episcoporum consensu nuncios mittes, Pallium petituros, quod dabitur vobis.* Deinde Papa Mitram capiti suo detractam Malachiæ capiti imposuit, stolam quoque & manipulum, quibus inter offerendum uti solebat,

6. 16.

bat, adjecit, tandemque in osculo pacis Sæcul. XII.  
 salutatum cum apostolica Benedictione A.C. 1139.  
 dimisit.

S. Malachias in itinere Claramvallem  
 secundo divertit, alte ingemiscens, quod  
 ibi reliquos vitæ dies consumere non li-  
 ceret. Sed quatuor ex Discipulis suis  
 ibi relinquens, *bos pro me, oro, retineatis,*  
 inquit, *qui a vobis discant, quod nos post-*  
*modum doceant.* Hi probati & digni in-  
 venti ad professionem Monasticam ad-  
 missi sunt, cumque S. Episcopus, in Hy-  
 berniam redux, alios misisset, qui eadem  
 benevolentia excepti ac eruditi fuerunt,  
 elapso biennio, nempe anno millesimo Chron. Bern.  
 centesimo quadragesimo primo, S. Ber- an. 1141.  
 nardus hos Hybernos additis quibusdam Bern. ep.  
 Fratribus Claravallensibus remisit. Illi 356. &c.  
 deinde in Diœcesi Armachana Abbatiam  
 Mellifontanam condiderunt, quæ conce-  
 pit, & peperit filias quinque. (\*)

Malachias in Hyberniam reversus,  
 Legationis suæ munere fungi cœpit, com-  
 plura in diversis locis Concilia celebra-  
 vit, restituit antiquas Traditiones, Epi-  
 scoporum socordia neglectas, & novas  
 etiam leges promulgavit. Quæcunque  
 autem præcipiebat, tanquam cælitus edi-

H h h 3 ta

(\*) Sunt iterum Verba S. Bernardi. Nem-  
 pe huic Monasterio Cisterciensium in Hibernia  
 quinque alia deinde originem debuerunt.



Sæcul. XII.  
A.C. 1139.

c. 19.

c. 20. 21. &c.

edita recipiebantur, atque ad memoriam posterorum literis mandabantur; quia nempe ipse dicta prodigiis confirmabatur. Omnia in Viro Sancto conspicientes ad virtutem incitabant, incessus, aspectus, habitus, vultus. Hilaris spectabatur sine dissolutione, serius sine austeritate, tranquillus, sed non otiosus. Nihil negligebat, etsi pro temporum ratione aliqua dissimularet. Nullam rem propriam habuit, mensæ Episcopali nihil erat assignatum. Plurimum temporis Diocesim suam visitando consumebat, iter pedibus conficiens, etiam postquam Legati Apostolici potestate eminuit. In Monasteriis a se conditis, quotiescunque poterat, hospitabatur, communi vita contentus & mensa. Hæc omnia diligentissime conscripta a S. Bernardo, S. Malachia amico, discimus, in cujus vita etiam permulta miracula, vaticinia, complura ei Divinitus revelata, pœnas impiis inflictas, ægrotantes sæpissime sanitati redditos, improbos visis prodigiis conversos, refert. Fatetur tamen, maluisse se imitatione quam admiratione digna enarrare.

§. LX.

*Episcopi Angliæ carceri dantur.*

10. 10. Conc. In Anglia Concilium Wintoniæ vigesima nona Augusti anno millesimo centesimo

p. 1115.

tesimo trigesimo nono celebratum est, *Sæcul. XII.*  
 cui ferme totius Regni Episcopi cum *A.C. 1139.*  
 Theobaldo novo Archiepiscopo Cantua-  
 riensi interfuerunt. Archiepiscopus Ebo-  
 racensis Turstainus ob valetudinem, qua  
 gravabatur, aliique Episcopi ob bellum,  
 quod in illis regionibus grassabatur, per  
 literas absentiam suam excusarunt. Ce-  
 terum hoc Concilium convocaverat Hen-  
 ricus Episcopus Wintoniensis, potestate  
 Sacræ Sedis Legati munitus, qui erat fi-  
 lius Stephani, Campaniæ Comitis, Theo-  
 baldi IV. tunc regnantis & Stephani Re-  
 gis Angliæ frater. Is olim Monachus  
 Cluniacensis, deinde Abbas Glastonien-  
 sis, & postremo a Rege Henrico patruo  
 suo, anno millesimo centesimo vigesimo  
 nono, ad Episcopatum promotus est. Le-  
 ctum est inprimis in Concilio Decretum *Goduin. de*  
 Innocentii Papæ, quo jam a Kalendis *præf. Angl.*  
 Martii jura Legationis in Anglia Henrico *p. 270.*  
 injunxerat, multumque Episcopi ejus  
 temperantiam laudarunt, quod se non  
 prærupta jactantia Legatum promulgas-  
 set. Tum Henricus Legatus orationem  
 latino sermone ad literatos in hoc Con-  
 cilio directam exorsus, vehementissime  
 conquestus est, quod Episcopi duo, Ro-  
 gerius Salesberiensis & Alexander Lin-  
 colniensis carceri mancipati fuissent. Vi-  
 delicet duo hi Præsules, inter Episcopos  
 Angliæ potentissimi, Regi suspecti esse

H h h 4      cœpe-

Sæcul. XII. cœperant, ob complura castella, quæ extrui jusserant. Hinc cum Rex Oxonii  
A.C. 1139. ad Festum S. Joannis comitia celebraret, Episcopis tanquam privatae litis inter se ipsosque exortæ causa in carceres migrare jussis, eorum arces occupavit.

Hoc Regis factum ora multorum in diversas sententias solvit. Quidam dicebant, Episcoporum nullatenus esse arces condere, paulo post seditiosorum hominum receptacula futuras; nemo autem acrius Hugone Archiepiscopo Rotomagensi causam Regis propugnabat. At contra Henricus, Episcopus Wintoniensis, etiamsi esset Regis frater, adversariorum parti favebat dicens; Si Episcopi peccassent, non Regis sed Canonum esse judicium. Sine publico & Ecclesiastico Concilio illos nulla possessione privari debuisse. Nec Regem istud ex Justitiæ amore, sed proprii commodi fecisse, cum captas arces non Ecclesiis, ex quarum sumptibus & in quarum terris constructæ essent, restituisset, sed Laicis, eisdemque parum Religiosis tradidisset. Ita cum Episcopus Wintoniensis tum privatim tum publice coram Rege fratre affirmaret, & non audiretur, vigorem Canonum adhibendum ratus, Concilio, quod Wintoniæ celebraturus erat, ipsum Regem adesse præceperat.

Ergo

Ergo Henricus Wintoniensis ad Con-  
cilium dicens indignabatur, duos Præsu-  
les a Laicis custodiae datos, quorum alter,  
scilicet Salesberiensis de ipsa Regis curia,  
alter Lincolnensis de suo Tabernaculo  
abstracti fuissent. Episcopum vero He-  
lyensem veloci fuga calamitatem vix  
evalisse. Religioni injuriam fuisse illa-  
tam, aiebat, & sub obtentu culpæ Epi-  
scoporum Ecclesias Bonis suis privatas.  
Addebat, Regem sæpius monitum non  
abnuisse convocari Concilium; tumque  
Archiepiscopum Cantuariensem ceteros-  
que Episcopos consulebat; proferrent  
ipsi in medium, quid facto opus esset, se  
vero omnia, quæ statuissent, constanter  
executurum, nec commissurum esse, ut  
vel fraternæ necessitudinis vinculo, vel  
metu amittendi Bona sua, vel denique  
vitæ periculo, ab officio revocaretur.  
Henrico ita causam exponente, Rex mis-  
sos ad Concilium Comites interrogare  
jubet, cur vocatus fuisset, responsumque  
est a Legato: *Princeps Christianus indi-  
gnari non debet, si a Ministris Jesu Chri-  
sti vocetur, tanti reatus conscius, quan-  
tum nostra secula nunquam viderunt.  
Gentilium quippe temporum opus est, Epi-  
scopos in carcerem detrudere, & Bonis suis  
exuere. Dicite ergo fratri meo, si meum  
consilium sequi velit, tale me ei, Deo aucto-  
re, suggesturum esse, cui nec Ecclesia Roma-*

Sæcul. XII.

A.C. 1139.

Sæcul. XII. *na, nec Regis Franciæ Curia, nec frater*  
 A.C. 1139. *noster Dux Campaniæ adversari poterunt.*

*Tandem memor sit Rex, neminem ipso magis Ecclesiæ favere oportere, cujus sinu exceptus, non manu militum, ad Regnum fuisset evectus.*

Comites e Concilio egressi, paulopost revertuntur cum Alberico *de ver*, homine in variis causis exercitato, qui Responsum Regis afferebat. Is potissimum Rogerium Episcopum Salesberiensem, nam Alexander Lincolniensis abierat, aggressus est, modeste tamen, sine ulla verborum contumelia; at quidam ex Comitibus adstantes, crebro sermone loquentis interrupto, probra in Episcopum jacebant. Plurima vero Albericus contra Rogerium Episcopum capita afferebat, ac inter alia, omnibus esse in ore, quod statim, ut Imperatrix Mathildis in Angliam veniret, ille ad ejus partes cum castellis transiturus esset. Itaque Rogerium captum fuisse, non ut Episcopum, sed ut Regis Ministrum, ejusdem Mandatarium & stipendia accipientem. Reclamavit Episcopus; quod nunquam Regis Minister fuisset, comminatus, si justitiam de rebus sibi ablatis in hoc Concilio invenire non posset, se eam in superiore Judicio quæsiturum, nempe Romæ. Legatus, ut cetera omnia, leniter dicit: *Quæcunque contra Episcopos expromuntur, in Judicio*

*dicio Ecclesiastico examinanda sunt; re-* Sæcul. XII.  
*stituat Rex spoliatos Episcopos, secus de* A.C. 1139.  
*Jure Communi causam non dicent.*

His, Rex causam biduo differri pe-  
 titit usque ad adventum Archiepiscopi  
 Rotomagensis, qui ubi adfuit, dixit; se  
 concedere, ut Episcopi Castella haberent,  
 si per Canones probare possent, Episco-  
 pis licere castella possidere. Tum addi-  
 dit: *Esto autem, quod juste possideant, at*  
*suspecta vivimus tempora, quibus, secun-*  
*dum morem aliarum Gentium, omnes*  
*Optimates munitionum suarum claves Re-*  
*gi tradere tenentur, cui pro pace & quie-*  
*te omnium militandum est.* His adjecit  
 Causidicus Albericus: *Significatum est*  
*Regi, minari Episcopos, se contra ipsum*  
*nuncios Romam missuros esse. Hinc ejus-*  
*dem jussu omnibus denuncio, ne quis id fa-*  
*cere præsumat; quicumque enim contra*  
*Regis voluntatem & Regni Dignitatem*  
*ex Anglia solverit, ipse deinde viderit, si*  
*in perpetuum abesse cogatur. Quin ipse*  
*Rex, cum graves ei sitis, vos ad dicendam*  
*causam Romam citat.* Omnes facile in-  
 tellexerunt, quo istæ Regis comminatio-  
 nes tenderent; quare re infecta solum  
 est Concilium, cum Rex Episcoporum ju-  
 dicio acquiescere nollet, & Episcopis non  
 videretur censuris Ecclesiasticis compel-  
 lendus, partim quod temeritas videretur,  
 Principem inconsulto Summo Pon-  
 tifice

Sæcul. XII. tifice censuris Ecclesiasticis constringere,  
 A.C. 1139. tum etiam quod circa se nudatos enses  
 micare cernerent, & funestus eventus  
 timendus esset. Attamen Legatus &  
 Archiepiscopus Cantuariensis, ut pro of-  
 ficio suo, quod possent efficere, non  
 omiserunt Regem in cubiculo suo adire,  
 & suppliciter ejus pedibus affusi rogare,  
 ut Ecclesiæ, & animæ suæ miseretur,  
 & famæ suæ parceret, nec pateretur Re-  
 gnum & Sacerdotium dissidio turbari.  
 Ille venientes humanissime excepit, fa-  
 ctique invidiam a se amolitus est; sed  
 nihil eorum, quæ ipsi sperabant, promi-  
 sit. Calendis Septembris solutum est  
 Concilium. Episcopus vero Salesberien-  
 sis, senio & dolore confectus, quarta De-  
 cemberis eodem anno millesimo centesi-  
 mo trigesimo nono, vitam posuit.

## §. LXI.

*Abaelardus errores suos recoquit.*

Sup. lib.  
 LXVII. §.  
 20.

Annis abhinc octodecim, nempe ex quo  
 Petrus Abaelardus in Concilio Suel-  
 sionensi damnatus fuerat, semper docue-  
 rat præcipue Theologiam, quamvis Ar-  
 tibus liberalibus potius quam Divina illa  
 scientia excelleret. Hinc multos erro-  
 res, non sine dolore piissimorum quo-  
 rumdam virorum spargebat. Namque  
 Guilielmus Abbas S. Theodorici hac de  
 re Geofrido Episcopo Carnotensi, & S.  
 Ber-

Bernardo scripsit in hunc modum: *Pe-* Sæcul. XII.  
*trus Abaelardus iterum nova docet, nova* A. C. 1139.  
*scribit, & libri ejus transeunt maria,* Bibl. Cisterc.  
*transiliunt alpes. Novæ ejus sententiæ* to. 4. p. 112.  
*& nova dogmata per provincias & Regna* ep. 326. in-  
*deferuntur, prædicantur & libere defen-* ter. Ben.  
*duntur, usque adeo ut in Curia Romana*  
*auctoritate valere dicantur. Sincere di-*  
*co, silentium vestrum tam vobis quam Ec-*  
*clesiæ Dei nocet.*

*Casu nuper incidi in lectionem cujus-*  
*dam libelli hominis illius, cui titulus erat:*  
*Theologia Petri Abaelardi. Fateor cu-*  
*riosum & cupidum me reddidit titulus iste*  
*ad legendum; ubi cum aliqua invenirem,*  
*quæ multum me moverent, notavi, & ar-*  
*gumenta cur me moverent adjeci. Quid*  
*mibi de illis sentiendum, & utrum bene*  
*motus fuerim, judicium vestrum sit. Cum*  
*non haberem, quos consulerem, vos ex omni-*  
*bis elegi. Vos enim timet homo ille &*  
*reformidat. Claudite oculos, quem dein-*  
*de timebit? Et qui jam perversa docet,*  
*vobis viventibus, quid dicet, imo quid non*  
*dicet, cum nullum hominum timebit? Hæc*  
*sunt ergo Capitula, ex opusculis ejus colle-*  
*cta, quæ vobis offerenda putavi. Primo,*  
*quod Fidem definit, æstimationem Rerum,*  
*quæ non videntur. Secundo, impropria*  
*dicit esse in Deo nomina Patris & Filii*  
*& Spiritus Sancti, sed descriptionem hanc*  
*esse*



Sæcul. XII. A.C. 1139. *esse Summi Boni. (\*) Tertio, Quod Pater sit plena potentia, Filius quædam potentia, Spiritus Sanctus nulla potentia. Quarto, De Spiritu Sancto, quod non sit ex Substantia Patris & Filii, sicut Filius est ex Substantia Patris. Quinto, Quod Spiritus Sanctus sit anima mundi. Sexto, Quod Libero arbitrio sine adjuvante Gratia bene possimus & velle & agere. Septimo, Quod Christus non ideo assumpsit carnem & passus est, ut nos a jugo Diaboli liberaret. Octavo, Quod Christus Deus & Homo non est tertia Persona in Trinitate. Nono, Quod in Sacramento Altaris in aere remaneat forma prioris Substantiæ. Decimo, Quod suggestiones Diabolicas per Physicam dicit fieri in hominibus. Undecimo, Quod ab Adam non trahi-*

(\*) Non nulla ex his Capitulis S. Bernardus explicavit, ut infra Paragrapho sexagesimo tertio videbimus. Ceterum secundam Propositionem aliquatenus Catholice explicare potuisse videtur Abaelardus, si dixisset, impropria esse Nomina Patris & Filii & Spiritus Sancti in Divinis, si cum rebus Humanis comparentur. Et tertiam, si dixisset; quod Pater sit plena potentia, quia a Patre & Filius & Spiritus Sanctus, licet diverse, procedunt, & mittuntur, Filius quædam Potentia, quia ab ipso Spiritus Sanctus procedit & mittitur, Spiritus Sanctus autem nulla Potentia sit, quia ab ipso nulla Persona Divina procedit, vel mittitur. Sed salvo meliore iudicio.

trahimus Originalis peccati culpam, sed Sæcul. XII. A.C. 1139.  
 pœnam. Duodecimo, Quod nullum sit  
 peccatum nisi in consensu peccati & con-  
 temptu Dei. Decimo tertio, Quod di-  
 cit, Concupiscentia & delectatione & igno-  
 rantia nullum peccatum committi, & bu-  
 jusmodi non esse peccatum, sed dispositio-  
 nes naturales. Tum Guilielmus Abbas  
 tredecim hæc Capitula ex ordine refu-  
 tat, in pluribus locis ipsa Abaelardi verba  
 referens.

S. Bernardus datis literis respondit,  
 laudans Guilielmi zelum, verum, inquit,  
 quoniam ego iudicio meo non satis, ut opti-  
 me nostis, fidere consuevi, præsertim in  
 tam magnis rebus, operæ pretium puto, op-  
 portuno tempore me atque vos pariter ali-  
 cubi convenire & conferre de omnibus. Id  
 ipsum tamen ante Pascha fieri posse non  
 arbitror, ne, quod præsens tempus postu-  
 lat, studium orationis impediatur. Por-  
 ro silentium meum & banc moram inte-  
 rim patienter ferte, cum horum plurima  
 & pæne omnia, quæ proponitis, vobis  
 nescierim. Ex his dispicimus, S. Bernar-  
 dum ad Abaelardum calamo oppugnand-  
 um Guilielmi Abbatis monitis fuisse im-  
 pulsum, rursusque, quam Religiose silen-  
 tium Quadragesimæ tunc quoque serva-  
 verit, cum de causa Religionis ageretur.

ep. 327.

S. Bernardus, cupiens Abaelardi er-  
 rores emendare, simulque ejus honori & c. 5. n. 13.

vere-

Sæcul. XII. verecundiæ parcere, eum secreto admo-  
A.C. 1139. nuit, atque tanta modestia & prudentia  
 reprehendit, ut Abaelardus commotus  
 promitteret, velle se omnia, prout S. Ber-  
 nardus præscripturus esset, corrigere.  
 Verum postquam S. Bernardus discessisset,  
 quod sapienter animo constituerat  
 abiecit, obsequens improborum consiliis,  
 atque in proprio ingenio & maxima dis-  
 putandi peritia fiduciam ponens. Cum  
 igitur sciret, propediem Concilium fre-  
 quentissimum in urbe Senonensi cele-  
 brandum esse, Archiepiscopum adit, que-  
 riturque, Abbatem Clarævallensem clan-  
 culum libris suis detrahere. Tumque  
 adjecit, paratum se esse ad eorum defen-  
 sionem publice suscipiendam, petens, ut  
 Abbas ad Concilium vocaretur, & quæ  
 sibi displicerent, exponeret. Fecit Archi-  
 episcopus, quod Abaelardus petebat, da-  
 tisque literis, S. Bernardum ad Concilium  
 venire iussit. Excusavit se vero Vir San-  
 ctus, & Episcopis ad Concilium ituris  
 scripsit in hunc modum: *Spargitur fama,*  
*quam etiam ad vos pervenisse credimus,*  
*nos videlicet Senones ad octavam Pen-*  
*tecostes vocari, & ex condicito provocari*  
*ad litem pro defensione Fidei; quamvis*  
*Servum Dei non oporteat litigare, sed*  
 2. Tim. 2. 24. *magis patientem esse ad omnes. Si de mea*  
*propria causa ageretur, possem ego servus*  
*Sanctitatis vestræ, & fortassis non immerito,*

ep. 187.

2. Tim. 2. 24.

rito, in vestro patrocinio gloriari; nunc Sæcul. XII.  
 vero, quia etiam vestra causa est, imo plus A.C. 1140.  
 vestra, quam mea, fidentius moneo & ob-  
 nixius rogo, ut amicos vos in necessitate  
 probetis, amicos, inquam, Jesu Christi,  
 & Ecclesie Sponsae ejus. Nec miremini,  
 quod subito vos invitemus, quoniam hæc  
 est adversae partis versutia & calliditas,  
 ut improvidos invaderet, & congregari co-  
 geret immunitos. Nihilominus S. Abbas  
 postea flecti se passus est ab amicis, id  
 magnopere suadentibus, qui, cum vide-  
 rent, omnes expectatione hujus Conci-  
 lii, tanquam insoliti spectaculi, esse su-  
 spensos, timebant, ne Bernardi absentia  
 populo scandalum crearet, & Abaelardo  
 majoris tumoris esset occasio; denique,  
 ne invalesceret error, si nemo esset, qui  
 obstaret. Ergo S. Bernardus id amico-  
 rum precibus dedit, & praestituto loco  
 dieque ad Concilium, etsi parum ad di-  
 sputandum comparatus, perrexit; sed  
 animo usque adeo repugnante, ut lacry-  
 mas non teneret. Hæc ipso S. Bernardo  
 referente ex ejus epistola, ad Innocen-  
 tium Papam data, discimus. ep. 189. n. 4.

§. LXII.

*Concilium Senonense.*

Concilium Senonense, die illa qua in-  
 dictum fuerat, videlicet in octava  
 Pentecostes, quæ anno millesimo cente-  
 simo

*Hist. Eccles. Tom. XVI.*

l i i

simo

Sæcul. XII. simo quadragesimo in diem secundam Ju-  
 A.C. 1140. nii incidebat, celebratum est. A nullo

to. 10. Conc.  
 p. 1018.

ep. 337.

autem Scriptore melius, quæ in eo acta fuerint, edocemur, quam ex Epistola Synodali ad Pontificem nomine Episcoporum Franciæ, nempe provinciæ Senonensis, Henrici Archiepiscopi Senonensis, Geofridi Episcopi Carnotensis, & Sacræ Sedis Legati, Eliæ Episcopi Aurelianensis, Hugonis Antissiodorensis, Hattonis Trecentis, & Manassis Meldensis, a S. Bernardo exarata. In ea, postquam omnia, quæ ipsum Concilium præcesserant, enarravit, Archiepiscopus ita prosequitur: *Illo vero die scilicet octava Pentecostes conveniant ad nos in urbe Senonensi Fratres nostri & Suffraganei, ob honorem & reverentiam Sanctarum Reliquiarum, quas in Ecclesia nostra populo revelaturos nos indixeramus. Itaque præsentem glorioso Rege Francorum Ludovico, cum Guilielmo Comite Nivernensi, & Theobaldo Campaniæ Comite, tum etiam Archiepiscopo Remensi cum aliquibus ex suis Suffraganeis, nobis quoque & Suffraganeis nostris, si Parisiensem & Nivernensem exceperimus, præterea multis Abbatibus & viris Ecclesiasticis literatis, & denique Magistro Petro Abaelardo cum Fautoribus suis, Abbas Claravallensis Librum Theologiae Magistri Petri protulit in medium, & quæ annotaverat absurda, imo*  
 Hare-

Otto Fris. 1.  
 Frid. 6. 48.

*Hæretica plane Capitula proposuit, petens, ut ea vel a se scripta negaret, vel si sua fateretur, aut probaret, aut corrigeret.*

Sæcul. XII.  
A.C. 1140.

*Tunc vero Magister Abaelardus visus est diffidere, subterfugere, & nolle respondere, quamvis enim liberrime loqui possêt, tutumque locum & æquos haberet Judices, ad Vestram tamen, Sanctissime Pater, appellans præsentiam, cum suis a Conventu discessit. Nos autem, licet appellatio ista minus Canonica videretur, Sedem tamen Apostolicam reveriti, in personam hominis nullam protulimus sententiam. Sed Propositiones ipsius, doctrinam perversam continentes, publice lectas & relectas, cum Abbas Clavævallis tam solidis argumentis, quam S. Augustini ceterorumque Patrum auctoritate probasset, eas non solum falsas, sed etiam evidentissime hæreticas, pridie ante interjectam ad te appellacionem damnavimus. Et quia hæc dogmata multos in errorem perniciosissimum pertrahunt, ut ea auctoritate Apostolica perpetua damnatione notentur, omnesque qui pervicaciter & contentiose illas defenderint, a te, æquissime Pater, justa pœna mulcentur, instantissime postulamus. Si vero, Sanctissime Pater, Petro silentium imponeres, si tam legendi quam scribendi adimeres facultatem, librosque ejus damnares, profecto avulsis ab Ecclesia Dei spinis & tribulis, eam adhuc lata Christi segete*

lii 2

succe-

Sæcul. XII. *succrescere, florere, & uberrimos fructus*  
A.C. 1140. *dare conspiceres. Quædam autem de re-*  
*jectis a nobis Capitulis ad te misimus, ut*  
*facilius ex ungue leonem æstimes.*

*Bern. ep.*  
 191.

Ceterum Samson Archiepiscopus Remensis, qui Concilio Senonensi interfuerat, alteram de hac causa ad Papam dedit epistolam, seu verius a S. Bernardo concinnari iussit, cui tres Remensis Archiepiscopi Suffraganei subscripserunt Josselinus Sueffionensis, Geofridus Catalaunensis, & Alvisus Attrebatensis. In exordio dicit, hanc rem prolixius in epistola Domini Senonensis tractari. Et addit de Abaelardo: *Cum in conspectu Episcoporum ab Abbate Clarævallis argueretur, nec confessus est nec negavit, sed a loco & Judice, quem ipse sibi elegerat, nec latus, nec gravatus ad Sacram Sedem appellavit. Episcopos vero Sedis tuæ Reverentia permovit, ut nihil in ejus personam agebant, sed tantummodo Capitula librorum ejus, a Sanctis Patribus condemnata, ne morbus latius serperet, confixerunt. Quia ergo homo ille multitudinem trahit post se, & populum sibi credentem habet, necesse est, ut huic contagio celeri remedio occurras.*

§. LXIII.

*Epistolæ S. Bernardi.*

Sanctus Bernardus suo quoque nomine  
 in

in Abaelardi causa complures epistolas Sæcul. XII.  
A.C. 1140.  
Romam scripsit, quas Nicolaus monachus Clarævallis, & postea S. Abbat ab epistolis, pertulit, is enim omnibus gestis adfuerat. Primo scripsit Papæ epistolam ampliorem, in qua errores Abaelardi refutat, & brevior, in qua narrat, quæ acta fuerint. In ista fatetur, quod stulte sibi requiem promississet, postquam schisma Petri Leonis quieverat, & quod novi hi errores non minus quam schisma essent Ecclesiæ perniciosi. Dicit, Abaelardum advocasse ex Italia Arnaldum Brixensem, discipulum suum, ut conjunctis viribus adversus Doctrinam Catholicam pugnarent. *In habitu suo, inquit, & vitæ ratione habent figuram pietatis, qua plures decipiant. Abaelardus in sugillationem Doctorum Ecclesiæ, magnis laudibus Philosophos effert, eorumque inventa & novas suas propositiones Patrum Doctrinæ præponit, quia vero omnes a facie ejus fugiunt, me omnium minimum ad singulare certamen expetit.* (\*) Tum

ep. 190.

ep. 189.

Iii 3

S. Ber-

(\*) Vor einigen Zeilen hatte der Heilige Bernardus vom Abaelardo gesagt: *Stans ergo Goliath una cum Armigero suo (Arnaldo Brixienti) inter utrasque acies clamat adversus Phalanges Israel, exprobratque agminibus Sanctorum, eo nimirum audacius, quo sentit, David non adesse.* Wenn aber



Sæcul. XII. S. Bernardus, postquam acta in Concilio  
 A.C. 1140. Senonensi & Abaelardi appellationem ex-  
 posuit, subjungit: *Tuum vero est, o Petri  
 Successor! judicare, an debeat refugium  
 invenire in Sede Petri, qui Petri fidem im-  
 pugnat. Memineris tot gratiarum, qui-  
 bus te cumulavit Dominus, & extincto jam  
 schismate, ne quid desit coronæ tuæ, na-  
 scentem quoque Hæresim opprime.*

ep. 188. Aliæ S. Bernardi Epistolæ diriguntur  
 ad præcipuos Curia Romanæ Præsules, &  
 primo generatim ad Episcopos & Cardi-  
 nales, quibus dicit: *Legite, si placet, Li-  
 brum THEOLOGIAE Petri Abaelardi,  
 ad manum est enim, cum, sicut gloriatur,  
 a pluribus lectitetur in Curia. Legite &  
 alium, quem dicunt SENTENTIARUM,  
 nec non & illum, qui inscribitur, SCITO  
 TE IPSUM, & animadvertite, quanta  
 Sacrilegiorum et errorum segete silvescant.*  
 In quadam epistola ad Aimericum Can-  
 cellarium dicit, quod Abaelardus glorie-  
 tur,

aber Abaelardus sein eigenes Urtheil höher geschät-  
 zet, als die Lehre der Heiligen Väter, so ist ihm  
 dieser Fehler mit den Protestanten gemein, und ist  
 es widerum wohl zu merken, daß wo Abaelardus  
 von der Meynung der Väter abweicht, er viele ver-  
 dächtige Sätze vertheidiget, als zum Beyspiel, daß  
 Gott der Heilige Geist nicht von dem Wesen des  
 Vaters und Sohnes herkomme, wie der Sohn von  
 dem Wesen des Vaters. Im LXI. Abschnitt.

tur, se Cardinalibus & Clericis Ecclesiæ Romanæ discipulis suis scientiæ fontes aperuisse, libros suos Romanorum manibus teri, & in sinu ferri, quorum etiam tutelam suscepturi essent. Aliam præterea Epistolam S. Bernardus dedit ad Cardinalem Guidonem Castellanum, postea sub nomine Cœlestini II. Papam, & olim Abaelardi discipulum, quem ille præ ceteris præsidio sibi futurum esse sperabat. Tandem etiam Cardinali Ivoni, qui de gremio Canonicorum Regularium ad S. Victorem Parisiis erat, Cardinali Stephano Episcopo Prænestino, Cardinali Gregorio, Cardinali Guidoni Pisano, duobusque aliis, qui non nominantur, scripsit.

Sæcul. XII.  
A.C. 1140.

ep. 338.

ep. 192.

ep. 193.

ep. 331. &c.

§. LXIV.

*Tractatus S. Bernardi contra Abaelardum.*

Longior illa S. Bernardi ad Innocentium Papam epistola magis Tractatus nomen meretur, in quo præcipuos Abaelardi errores refellit. Doctor ille Fidem definiēbat, quod sit *æstimatio rerum non apparentium*, dicebatque, quod examen fidem præcedere debeat. Idque probabat ex illo textu Ecclesiastici, *qui cito credit levis est corde*. At respondet S. Bernardus, Salomonem istud non de Fide in Deum, sed de mutua inter homines

ep. 190. al. opus. XI.

Abaelard. I. Theol. init.

ibid. p. 1060.

Eccles. 19. 4.

Sæcul. XII. dulitate loqui. (\*) Increpatos fuisse Di-  
 A. C. 1140. scipulos, quod tardius credidissent, & S.

Bern. c. 1. & Paulum Fidem definivisse, quod sit, *spe-*  
 4. *randarum substantia rerum*, quibus ver-

Luc. 24. & bis solidum in fide consistere fundamen-  
 25. tum indicaretur. Abaelardus volens

Hebr. II. I. Mysterium S. Trinitatis explicare dice-  
 bat, Deum Patrem plenam esse poten-  
 tiam, Filium quamdam potentiam, Spi-  
 ritum Sanctum nullam potentiam. Nem-  
 pe affirmabat, totam potentiam propriam  
 esse Patri, proprietatem Filii Sapienciam  
 esse, quæ esset solum potentia discernen-  
 di bonum & malum, proprietatem autem  
 Spiritus Sancti esse Bonitatem, quæ nul-  
 lius potentia Idem inferret. Unde ex  
 consequenti dicebat, S. Spiritum, licet ex  
 Patre & Filio procederet, eisque esset  
 consubstantialis, non tamen de Patris  
 substantia esse. (\*\*)

Abael. p. 991.

p. 1085.

p. 1086.

S. Ber.

(\*) Liber *Ecclesiastici* non est Salomonis.  
 Sed aliquis error hic irrepfit, unde unde origi-  
 nem habeat.

(\*\*) In Notis brevibus a Mabillonio subjun-  
 ctis lego: *Id sibi per malitiam aut per errorem*  
*impositum queritur Abaelardus in Apologia sua*  
*p. 331. atque tanquam Diabolica quædam se*  
*abhorrere & detestari dicit. Verum Anony-*  
*mus, ejus quondam Discipulus postea impugna-*  
*tor, editus in tomo 4. Biblioth. Cisterciensis,*  
*Abae-*

S. Bernardus respondebat: *Unde er- Sæcul. XII.  
go est Spiritus Sanctus? an forte ex nibi- A.C. 1140.  
lo, sicut & universa quæ facta sunt? & ~~\_\_\_\_\_~~  
quomodo Patri consubstantialis est? Tan- Bern c. 2.  
dem si solum Pater & Filius de eadem sub-  
stantia sunt, jam non est Deus trinus, sed  
Dualis. Si Personæ Divinæ inæquales  
sunt, illa sola, quæ major ceteris est, Deus  
erit, cum Deus sit ens perfectissimum. Er- c. 3.  
ror vero iste inde proficiscitur, quod in  
Attributis Essentiæ, quæ tribus Personis  
Divinis communia sunt, earundem distin-  
ctionem quærat, quæ solum in proprieta-  
tibus Personarum, Relationem significan-  
tibus, invenitur.*

Dicebat Abaelardus: *Sciendum est,  
quod omnes Doctores nostri post Apostolos  
in hoc conveniunt, quod Diabolus Domi-  
nium & potestatem habebat super hominem,*

Iii 5 &

*Abaelardum mendacii hoc loco arguit. pag. 239.  
Ceterum hanc vocem quod Spiritus Sanctus sit Pa-  
tri & Filio consubstantialis, faltem in verbis a S.  
Bernardo vel Anonymo discipulo Abaelardi rela-  
tis non invenio. Sed S. Bernardus Abaelardum  
objicientem inducit: At si esset de Substantia  
Patris, profecto genitus esset & duos Pater Filios  
haberet. Et reponit: Quasi vero omne quod de  
substantia aliqua est, continuo ipsum a quo est  
habeat genitorem. Num vero pediculi, aut len-  
des, aut phlegmata, vel filii carnis sunt, vel non  
sunt de substantia carnis?*

Sæcul. XII. *Et jure eum possidebat, quia homo se ab eo*  
 A.C. 1140. *vinci passus est. Et hac necessitate in-*  
quiunt, incarnatus est Filius Dei, quia  
*homo a jugo Diaboli aliter liberari non*  
*poterat. Sed ut mihi videtur, nec Dia-*  
*bolus unquam jus aliquod in hominem ha-*  
*buit, nisi forte Deo permittente, quale*  
*habet Ergastularius in captivum suum, nec*  
*Filius Dei ideo incarnatus est, ut hominem*  
*liberaret. (\*) S. Bernardus in primis te-*  
*meritatem hominis increpat, quod solus*  
*manus omnium contra se provocet.*

2. Tim. 2. 26. *Tum ex S. Paulo probat, quod impij*  
*captivi teneantur Diaboli laqueis. Deum*

Coloss. 1. 13. *nos eripuisse de potestate tenebrarum.*  
*Et quamvis homo æternis pœnis addi-*

Bern. c. 6. *cendus ex Misericordia liberatus fuerit,*  
*Justitiam tamen in eodem opere reluxis-*  
*se, quod Salvator innocens, mortem per*  
*Diaboli nequitiam peressus, justissime*  
*quos ille tenebat, ejusdem potestati eri-*  
*puiisset. Ita secundum S. Bernardum*  
*Justitia Christi nostra Justitia facta est.*

*Tandem Abaelardus dicebat, unicum*  
*finem, in quem JESUS CHRISTUS in carne*  
*apparuiisset, fuisse, ut nos verbo & exem-*  
*plo institueret. S. Bernardus respondet:*  
*Resbat*

Bern. c. 8.  
 p. 533.

(\*) Hæc Abaelardi opinio cum Sententia Sco-  
 tistarum affirmantium absolute, Christum Domi-  
 num venturum fuisse, etiamsi Adam non peccas-  
 set, quamdam affinitatem habet.

Restat ergo, ut dicatur, Adam quoque no-  
 bis solo exemplo nocuisse, cum scriptum sit: Sæcul. XII.  
A. C. 1140.  
 sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in c. 9.  
1. Cor. 15. 22.  
 Christo omnes vivificabuntur. Sic Hære-  
 sis Pelagii reducitur. Nulla ergo pro par-  
 vulis Redemptio, qui Institutione & exem- Sup. lib.  
XXXIII.  
§. 48.  
 plo Jesu Christi uti non possunt, cum his  
 ad imitandum eum & amandum excitari  
 non possint? Tria in Opere Salutis no-  
 stræ consideranda sunt, humilitas & cha-  
 ritas Redemptoris, & ipsa Redemptio, cu-  
 jus causa pro nobis moriens extitit. Ni-  
 bil vero nobis profuisset vel tanta humili-  
 tas vel tanta charitas, nisi accessisset Ju-  
 stificatio, per quam infinitæ charitatis  
 participes fieri possumus. Tandem S. Ber-  
 nardus subjungit; quod plures alios  
 Abaelardi errores prætereat, ut istos tan-  
 quam graviores refellat. Misit tamen  
 ad Papam & alios in Articulis quatuorde-  
 cim contentos. (\*)

§. LXV.

(\*) S. Bernardus, quem Protestantes Mona-  
 chis rudibus & stupidis obscurorum Sæculorum  
 accensent, tanta Scientia præditus, & tanta au-  
 thoritate insignis fuit, ut Doctrinam quæcun-  
 que Fidei Romano-Catholicæ adversam efficacis-  
 sime impugnare, veram autem invicte defende-  
 re potuerit. Sufficit. Nam porro unum est Ne-  
 cessarium. Luc. 10.

Sæcul. XII.  
A.C. 1140.

§. XLV.

*Samson Archiepiscopus Remensis.*

*Marlot. l. II. c. 44.* Samson, qui Concilio Senonensi interfuit, eodem anno millesimo centesimo quadragesimo Archiepiscopus Remensis ordinatus fuerat, postquam illa Sedes, Rainaldo decima tertia Januarii anno millesimo centesimo trigesimo octavo defuncto, annos duos vacasset; quippe electio dilata fuerat, tum quod Rex obsisteret, a Comite Campaniæ offensus, tum etiam cives Remenses, qui occasione Sedis vacantis, ad stabiliendum jus societatis Civilis, usuri, contra antiquas consuetudines, Archiepiscopo faventes, reclamabant, quod eas nullo jure fundari dicerent. Id cognoscimus ex Epistola Regis Ludovici junioris, ad cives Remenses data, in qua dicit, quod ipsis illud Privilegium eo modo, quo Civitati Laudunensi, concessisset, salvo tamen Archiepiscopi omniumque Ecclesiarum jure.

*ap. Marlot. l. II. c. 45.* Cum deinde S. Bernardus ad Sedem vacantem implendam expeteretur, recusavit honorem, & tristi sorti hujus Ecclesiæ condolens, Innocentio Papæ scripsit in hunc modum: *Cadit in interitum Remensis Ecclesia, data est in opprobrium civitas gloriosa, unica spes ejus Innocentius Papa. Quievit indignatio Regis, superest, ut afflictæ Ecclesiæ manum porrigas.*

*Sup. lib. LXVI. §. 18.*

*ep. 318. al. 389.*

Pri-

*Primum itaque curandum esse credimus, ut maturetur Episcopi electio, ne insolentia Remensis populi, quod residuum est, disperdat, nisi sit, qui furenti se se opponat.* Ergo Samson eligitur de Mauvoisin, ex nobili Familia in Territorio Volcassino ortus, Archidiaconus Carnotensis, Archiepiscopi Rainaldi Antecessoris sui nepos; electum vero S. Bernardus Innocentio Papæ, tanquam Sacerdotem Sacræ Sedi addictissimum, & Archiepiscopali fastigio dignissimum, commendavit. Is Ecclesiam Remensem annis plus quam viginti rexit.

§. LXVI.

*Epistolæ contra Arnaldum Brixiensem.*

Arnaldus Brixienfis, Abaelardi Discipulus, ex Italia & Francia ejectus, Tigurum in Diocesi Constantiensi se se receperat. Quare S. Bernardus datis ad Episcopum literis, monet; caveret a viro periculoso, cui austeræ vitæ ratio speciem aliquam auctoritatis ad errores suos in animos audientium insinuandos, & Abaelardi perverfa dogmata defendenda, tribueret. Is enim nobilium virorum amicitia munitus in totum ordinem Ecclesiasticum & in ipsos Episcopos insurgere audebat. Suadebat ergo Episcopo S. Bernardus, ut caperetur & in loco tuto custodiretur, quod Papa jam tunc, cum

Sæcul. XII.  
A.C. 1140.

Sup. §. 55.

ep. 195.



Sæcul. XII.  
A.C. 1140.

ep. 196.

cum in Francia esset, iussisset, ne si inde solum expelleretur, per varias regiones vagabundus multo magis noceret. Quia vero fama ferebat, Arnaldum apud Guidonem, Papæ Legatum, versari, ad Legatum dedit epistolam, in qua dicit: *Videte quæso, ne sub vestræ Auctoritatis umbra plus noceat, cum & artem habeat & voluntatem nocendi. Si verum est, quod vobiscum homo versetur, alterutram huius rei causam esse existimo; illum scilicet vobis minus notum esse, vel quod est credibilius, vos sperare, sic eum converti posse. Et utinam id non frustra, quis det de lapide hoc suscitare filium Abrabæ? Sed si eum ad familiaritatem & mensam tuam admittas, secure annunciabit, & facile persuadebit quæ volet, domesticus & contubernalis Legati Apostolicæ Sedis. (\*)* Haud immerito plane Summus Pontifex Arnaldum eiecit, addito mandato, ne unquam in Italiam, patriam suam, redent. Qui igitur huic homini favet, Papæ, ideoque ipsi Deo adversatur.

§. LXVII.

(\*) In epistola præcedente CXCIV. S. Bernardus ait de Arnaldo de Brixia: *Arnaldum loquor de Brixia . . . & si vultis scire, homo est neque manducans neque bibens, solo cum Diabolo esuriens & sitiens sanguinem animarum.*

## §. LXVII.

Sæcul. XII.

A. C. 1140.

*Abaelardus damnatur.*

Innocentius Papa, acceptis Episcoporum & S. Bernardi contra Abaelardum <sup>ap. Baron.</sup> <sup>ep. 194.</sup> <sup>to 10. Conc.</sup> <sup>p. 1122.</sup> literis, Sententiam in eum protulit in Epistola, ad Henricum Episcopum Senonensem, ad Samsonem Remensem, eorum Suffraganeos, & ad S. Bernardum data, ubi postquam adnotavit, non amplius de iis, quæ in Conciliis decisa fuissent, disputandum esse, subjungit: *Communicato Fratrum nostrorum Episcoporum & Cardinalium consilio, Capitula a vobis ad nos missa, & universa ipsius Petri dogmata, eum suo Auctore damnavimus, eique tanquam Hæretico perpetuum silentium in posuimus. Universos etiam errorum ejus Sectatores a Fidelium Communionem separandos & Censura Ecclesiastica innodandos censemus. Datum in Laterano die decima sexta Julii.* Huic Epistolæ Papa adjunxit aliam, die præcedente datam, atque ad eosdem Archiepiscopos directam in hæc verba: *Per præsentem Literas vobis mandamus, quatenus Petrum Abaelardum & Arnaldum de Brixia, perversi dogmatis Fabricatores, & Catholicæ Fidei Impugnatores, ubi melius visum fuerit, in Monasteriis separatim includi curetis, & libros eorum ubicunque reperti fuerint, comburi.* Inscriptio autem aperta

Sæcul. XII. aperta & patens erat hujusmodi: *Scripta ista nolite ostendere cuiquam, donec ipsæ literæ in Parisiensi colloquio, quod prope est, ipsis Archiepiscopis præsentata fuerint.*

A. C. 1140.

*Petr. Clun.  
IV. ep. 4.*

§. LXVIII.

*Abaelardi extrema.*

Concilio Senonensi soluto, Abaelardus iter Romam aggressus est, interjecta Appellatione Judicium Summi Pontificis experturus. Cum in itinere Cluniacum divertisset, & Petrus Venerabilis hospitem interrogasset, quo iturus esset, respondit: *Persequuntur me homines, qui me Hæreticum appellant, quam ego notam. Et nomen usque adeo aversor & borreo, ut nihil magis. Ideoque ad Sacram Sedem confugio.* Abbas, dilaudato viri consilio, certum esse jubebat, Papam, quod Justitia postularet, pronunciaturum, quin etiam, si opus esset, ei gratiam facturum. Inter hæc Abbas Cisterciensis, Cluniacum delatus, cum Abbate Cluniacensi & Abaelardo de ejus reconciliatione cum S. Bernardo agere cœpit. Ergo Abbas Cluniacensis quoque operam junxit, suasitque Abaelardo, ut se Abbati Cisterciensi socium daret. Hortatus præterea, ut retractaret vel deleret dicta sua Scriptave, quæ aures Catholicorum offenderent. Secutus est hoc consilium Abaelardus, atque

que Cluniacum reversus Abbati dixit, Sæcul. XII.  
 quod cum Abbate Claravallensi in gra- A. C. 1140.  
 tiam rediisset, Abbate Cisterciensi conci-  
 liatore.

Comperto deinde, quod Papa ipsius  
 condemnationem ratam habuisset, ab  
 Appellatione resiliit, & salutaribus moni-  
 tis Abbatis Cluniacensis permotus Scho-  
 lastici laboris tumultum relinquere & in  
 illo monasterio reliquos vitæ dies transi-  
 gere statuit. Abbas hoc proposito lætifi-  
 simus consensus, ea conditione, si etiam  
 Romanus Pontifex annuisset, ratus, istud  
 vitæ genus & Abaelardi senectuti & ma-  
 le affectæ valetudini optime convenire,  
 atque etiam viri Scientiam amplissimæ  
 Congregationi profuturam. Ergo, ro-  
 gante ipso Abaelardo Papæ scripsit, pe-  
 tens, ut ipsi in Monasterii Cluniacensis  
 Sancta quiete vitam, ut credere par esset,  
 brevissimam claudere liceret. Id appro-  
 bante Pontifice, Abaelardus, duobus ad-  
 huc annis superstes, rarum pœnitentiæ  
 & humilitatis exemplum Cluniacensibus  
 præbuit.

In illo secessu scripsit Abaelardus Apo- *Abael. pag.*  
 logiam, in qua generatim omnia retractat, *3,0.*  
 quæcunque forte sanæ Doctrinæ adversa  
 scripisset, sed deinde speciatim ad da-  
 mnata capitula procedens dicit, ea sibi  
 vel per errorem vel per malitiam afficta  
 fuisse, quamvis tamen pleraque hodieque  
*Hist. Eccles. Tom. XVI. K k k in*

Sæcul. XII. in ejus Scriptis legantur. Id quidem et-  
 A.C. 1140. iam fatendum, quod in illis contrariæ  
 quoque propositiones legantur, nam sibi  
 ipsi non semper constat. Quomodocun-  
 que autem hæc res se habeat, in sua Apo-  
 logia Confessionem Fidei Catholicam cir-  
 ca omnia capitula damnata edidit. (\*)

Adjuncta pœnitentiæ & mortis Abae-  
 lardi discimus ex Epistola Petri Abbatis  
 Cluniacensis ad Heloissam data, in qua  
 IV. ep. 21. postquam hujus Abbatissæ pietatem &  
 Abaelardus eruditionem multum laudavit, de Abae-  
 pœnitens. lardo dicit: *Non memini, me vidisse ali-  
 quando monachum, quem non Abaelardus  
 bumilitatis studio tam in vestitu quam in  
 toto corporis habitu superasset. Compel-  
 lebam*

(\*) Causæ S. Bernardi contra Abaelardum  
 multam lucem affundit Admonitio Mabillonii in  
 Opusc. XI. S. Bern. ubi sic ait: *Itaque male omni-  
 no merentur de Religione Christiana, nedum de  
 Bernardo, qui ut Abaelardum absolvant, Ber-  
 nardum cæco ut ajunt zelo impulsus fuisse cri-  
 minantur . . . . ita enim se (Abaelardus) quam-  
 vis non satis ex animo, reum agnoscit in non  
 nullis in Apologia sua: Scripsi forte aliqua per  
 errorem quæ non oportuit . . . . Esto itaque hæ-  
 resim & malitiam ab eo remove liceat: at er-  
 rores saltem aliquos, vocum novarum studium,  
 levitatem, forsan etiam superbiam & contentio-  
 num pruriginem in eo dissimulare non licet. &c.*

lebam eum, ut in totius nostræ Congrega- Sæcul. XII.  
 tionis frequentia primum locum teneret, A C. 1140.  
 sed ipse ob vestimenti vilitatem ultimus  
 videri potuisset. Cumque in precibus pu-  
 blicis ante mea vestigia de more procede-  
 ret, mirabar, quod vir fama clarissimus  
 usque adeo se se demitteret. In alimentis  
 & in omni cura corporis æque ac in vesti-  
 bus ejus simplicitas religiosa elucebat, at-  
 que tam sermone quam exemplo non super-  
 flua modo, sed etiam quæcumque non essent  
 simpliciter necessaria, damnabat. Conti-  
 nuo legebat, sæpe orabat, silentium perpe-  
 tuum servabat, nisi ad loquendum vel in  
 Collationibus vel in Concionibus, quando  
 in Congregatione perorabat, cogeretur.  
 Sanctum Sacrificium sæpe offerebat, &  
 ferme singulis diebus, ex quo meis literis  
 & solitudine Sacræ Sedi reconciliatus  
 est. Denique totus in eo erat, ut verita-  
 tem Religionis vel Philosophiæ aut ipse  
 contemplaretur, aut alios doceret.

Inter nos Cluniaci aliquamdiu versa-  
 tum, cum eum corporis infirmitate in dies  
 magis premi cernerem, ut forte aeris muta-  
 tione refocillaretur, ad Prioratum S. Mar-  
 celli prope Cabilonum ad Ararim, in loco,  
 totius Burgundiæ jucundissimo, positum  
 dimisi; ubi lectioni ut solebat & pietatis  
 exercitiis intentus, a morbo corrumpitur,  
 brevique ad supremum vitæ suæ tempus  
 deducitur. Omnes vero, quotquot in illo

Sæcul. XII. *monasterio degunt, testatum faciunt, quan-*  
A. C. 1140. *ta devotione tunc prius confessionem Fidei*

*& deinde peccatorum suorum ediderit, &*  
*quam Sancto desiderio Viaticum acceperit.*  
*In hunc igitur modum Magister Petrus vi-*  
*vendi finem fecit. Illi Epistolæ Abbas*

*ap. Abael.*  
*p. 342.*

Cluniacensis junxit Abaelardi Epita-  
 phium, ex quo discimus, eum vigesima  
 prima Aprilis decessisse. Cum deinde  
 ejus corpus furtim ad Abbatiam Paracle-  
 ti fuisset delatum, ipse Abbas Petrus il-  
 luc se conferens Monialibus funus, quod  
 abstulerant, dono dedit, & Missa ibidem

*ap. Petr.*  
*Clun. VI. ep.*  
*21.*

decima sexta Novembris celebrata ad  
 Moniales in Capitulo dixit. Hæc disci-  
 mus ex Epistola Heloissæ, qua Petro Clu-  
 niacensi gratias refert, commendatque  
 filium suum Astrolabium, rogans, ut ei  
 Præbendam ab Episcopo Parisiensi vel  
 aliquo alio obtineat. Abbas Cluniacen-

*ep. 22.*

sis, dato responso, omnem se quam pos-  
 set operam impensurum esse promittit,  
 sed dicit, difficile esset negotium, cum  
 Episcopis semper aliqua super sit excusa-  
 tio, qua se ab hujusmodi precibus expe-  
 diant. Porro huic Epistolæ Abbas addi-  
 dit duas alias ab Heloissa petitas, nempe  
 literas, in quibus huic Abbatissæ promit-  
 tebant Cluniacenses, si moreretur, se pro  
 defunctæ anima Missas triginta oblatu-  
 ros esse, in altera continebatur Abaelar-  
 di Absolutio; mos enim erat absolvendi

*ap. Abael.*  
*p. 345.*

mor-

mortuos, cujus rei exempla retuli. Ve-  
 rum nihil aliud agebatur, quam quod  
 Suffragia pro quiete animarum. Obit  
 Abaelardus anno millesimo centesimo  
 quadragesimo secundo, annos sexaginta  
 tres natus.

Sæcul. XII.  
 A.C. 1140.  
 Sup. l. LIV.  
 s. 57.  
 LXIV. §. 36.

§. LXIX.

*Guilielmus S. Theodorici Abbas.*

Guilielmus Abbas S. Theodorici, qui  
 S. Bernardo contra Abaelardum scri-  
 bendi auctor fuerat, & ipse adversus eun-  
 dem scripserat, etiam Tractatum de Ev-  
 charistia composuit, quem S. Bernardo  
 discutiendum & emendandum misit,  
 priusquam eum in lucem ederet. Eo  
 autem consilio hoc opus concinnaverat  
 ut SS. Patrum sententias de hoc argu-  
 mento colligeret, præsertim S. Augustini  
 Textus, quibus non nulli Fideles turba-  
 bantur. Quamobrem præter alia dicit:  
*Cum ab exordio Ecclesie usque ad nostra  
 ferme tempora nemo banc Quæstionem mo-  
 verit, Patres non defendebant, quod nemo  
 oppugnabat, sed solum in suis lucubrati-  
 onibus ea de Evcharistia afferebant, quæ ad  
 argumentum, quod ex instituto pertracta-  
 bant, faciebant, & quia ad quæstiones nec-  
 dum natas non respondebant, ea quæ dix-  
 erunt, hodie ad illas resolvendas non suffice-  
 re videntur. Unde contra has quæstiones  
 non præmuniti, multa de hoc Sacramento*

*Bibl. Cisterc.  
 to. 4. p. 132.*

c. 2.



Sæcul. XII. *in suis Scriptis nobis reliquerunt, in illis*  
A.C. 1140. *locis & in ipsorum sensu optime dicta, qua  
 vero, si ea quidam homines litigandi cupi-  
 di & errorem amantes a totius sermonis  
 corpore sepavent, alium sensum, & ab Au-  
 ctoris mente alienum habere videntur, ac  
 in loco, ex quo avulsa sunt. Plura etiam  
 effata obscura ad nos transmiserunt, quia,  
 cum nihil humanum ab ipsis alienum esset,  
 futurorum Hæreticorum jurgia & tricas  
 prævidere non poterant. In hoc loco  
 Guilielmus Abbas Catholicis Polemicis  
 excellentem Regulam tradit. (\*)*

Guilielmus Abbas plura alia scripsit  
 Opera, & pleraque talia, quæ lectorem  
 ad studium pietatis movent. Tandem  
 affectu vehementi, quo in S. Bernardum  
 & Ordinem Cisterciensem ferebatur, im-  
 pulsus, abdicato Abbatis munere, ad sim-  
 plicium monachorum ordinem descen-  
 dit, in Monasterio Signiacensi Abbatie  
 Claravallensis progenie, anno millesimo  
 centesimo trigesimo quarto, in Diocesi  
 Remen-

---

(\*) Maturo judicio adjecta est hæc Fleurii an-  
 notatio. Quippe Interpres Fleurii Protestans  
 cum suo Domino Mede, ceterique Protestantes,  
 paucos textus SS. Patrum non satis claros & oc-  
 casione alterius quæstionis scriptos in rem suam,  
 ut ipsi putant, adducunt, & clarissima alia eorum,  
 de Reali Christi in Eucharistia præsentia, testimo-  
 nia silentio prætereunt.

Remensi, exorta, ibique decessit, S. Ber- Sæcul. XII.  
nardo superstite, cujus vitam scribere in- A.C 1140.  
ceperat.

## §. LXX.

*S. Bernardi Epistola de Conceptione.*

Ad hoc tempus, quo damnatus est Abae-  
lardus, scilicet ad annum circiter mil-  
lesimum centesimum quadragesimum re-  
fertur celebratissima Epistola S. Bernar-  
di, ad Canonicos Lugdunenses data, oc-  
casione Festi Conceptionis S. Virginis,  
novissime apud ipsos introducti. Exor-  
ditur ab elogio Ecclesiæ Lugdunensis, in-  
ter omnes alias Galliarum Ecclesias emi-  
nentis, sive Literarum studia, sive Disci-  
plinæ Monasticæ vigor, sive averfatio re-  
rum novarum, præsertim in officiis Ec-  
clesiasticis, spectaretur. *Quare, inquit,*  
*satis miramur, cur quibusdam ex vobis vi-*  
*sum fuerit, introducendum esse novum Fe-*  
*stum, quem Ritum Ecclesia nescit, non*  
*probat ratio, nec commendat antiqua tra-*  
*ditio. An Patribus nostris doctiores su-*  
*mus? an major nostra quam ipsorum de-*  
*votio est? periculose præsumimus talia,*  
*quæ Patrum nostrorum prudentia præteri-*  
*vit. Hæc autem quæstio hujusmodi est,*  
*quam, nisi omittenda fuisset, omnino non*  
*præteriissent. At valde honoranda, in-*  
*quis, Mater Domini. Bene admones: sed*  
*honor Reginae judicium diligit; Virgo*

ep. 174.

Kkk 4

Regia

Sæcul. XII *Regia falso non eget honore, veris cumula-*  
A.C. 1140. *ta honorum titulis.*

S. Maria  
Virgo,

Et inferius: *Ab Ecclesia accipi, illos dies colendos esse, quo assumpta est de hoc Sæculo, & quo nata est, firmiter credens cum Ecclesia, in utero matris eam accepisse, ut Sancta prodiret.* Tum refert S. Bernardus S. Scripturæ textus, ubi Jeremias & S. Joannes Baptista, antequam nascerentur, sanctificati dicuntur, & addit: *Ceterum quatenus adversus Originale peccatum sive in uno sive in alio Propheta ista Sanctificatio valuerit, non temere dixerim. Illud vero affirmare non vereor, maculam in ipsorum conceptione contractam, eis nascentibus acceptam jam Benedictionem præripere non potuisse. Sed quidquid de hoc sit, merito Ecclesia Nativitatem S. Joannis celebrat, & fas non est suspicari, tantæ Virgini fuisse negatum, quod vel paucis mortalibus constat fuisse collatum. Illud quoque singulare fuit Virginis privilegium, quod absque omni peccato vitam duxerit.*

*Quid adhuc addendum his putamus bonoribus? ut honoretur, inquit, & Conceptus, qui honorandum prævit partum, ejusque origo extitit. Quid si autem alius propter eandem causam etiam utrique Virginis parenti festos honores asserat deferendos? Nempe Festa S. Joachimi & S. Annæ exinde post annos plus quam quadrin-*

dringentos demum instituta sunt. Pro-Sæcul. XII.  
 sequitur S. Bernardus in hunc modum: A.C. 1140.  
*Sed de Avis & Proavis id ipsum posset qui-  
 libet flagitare, & sic procedendo in infini-  
 tum Festorum non esset numerus. At pro-  
 fertur Scriptum supernæ, ut ajunt, Reve-  
 lationis. Quasi vero quilibet non posset  
 etiam Scriptum producere, in quo Virgo  
 videatur id ipsum mandare de Parentibus  
 suis. Ego vero his Scriptis non moveor,  
 quibus nec ratio suppeditat, nec certa fa-  
 vet auctoritas. Inter Opera, quæ S. An-  
 selmo falso tribuuntur, non nullæ hujus-  
 modi revelationes occurrunt. Tum S.  
 Bernardus sic prosequitur: Nam quid  
 consequentiæ habet, ut quoniam Sanctum  
 Natalem Conceptus præcessit, propterea  
 & ipse reputandus sit Sanctus? Bene qui-  
 dem infertur: Maria post Conceptionem  
 Sanctificata, in sua Nativitate Sancta fuit;  
 sed ista Sanctificatio ad Conceptionem, quæ  
 præcesserat, retro ire non potuit.*

*Unde ergo Conceptionis Sanctitas? an  
 dicetur Maria Sanctificatione fuisse præ-  
 venta? sed non valuit ante Sancta esse  
 quam esse simpliciter, siquidem non erat,  
 antequam conciperetur. An forte inter  
 amplexus maritales Sanctitas conceptio-  
 nem comitata fuisse dicetur? nec istud ad-  
 mittit ratio, cum Spiritui Sancto nulla  
 cum peccato, id est cum libidine, quæ ab  
 actu maritali inseparabilis est, societas esse  
 possit.*

Sæcul. XII. *possit. Nisi forte quis dicat, eam de Spi-*  
 A.C. 1140. *ritu Sancto & non de viro conceptam fuis-*  
 se. *Quod haclenus inauditum. Ita JEsu*  
*Christo singularis prærogativa aufer-*  
*tur, si etiam Matri ejus detur. (\*) Non*  
*est hoc Virginem honorare, sed honori de-*  
*trahere. Itaque sine peccato concipi,*  
*uni illi servatum est, cujus erat omnes*  
*homines sanctificare, videlicet JEsu Chri-*  
*sto, qui solus Sanctus, antequam conce-*  
*ptus.*

Deinde de S. Virgine loquens S. Bernardus ait: *Libenter Gloriosi hoc honore ca-*  
*rebit, contra morem Ecclesiæ investo.*  
*Nam omnis novitas est temeritatis mater,*  
*Superstitionis soror, & filia levitatis. Si*  
*autem sic videbatur, consulenda erat prius*  
*Apostolicæ Sedis auctoritas, & non ita*  
*præcipiti judicio ac inconsulte paucorum*  
*imperatorum simplicitas recipienda. Et*  
*ante*

(\*) Non istud hic dicit S. Bernardus, nec nominat JEsu Christum; sed post verba: *quod haclenus inauditum*, alia interserit, & subjungit: *Alioquin ubi erit prærogativa Matris Domini, qua singulariter creditur exsultare & munere prolis & integritate carnis, si tantumdem dederis & Matri ipsius?* Nempe si Sancta Anna sine viro de Spiritu Sancto concepisset. Ceterum sine dubio Christiani Beatissimam Virginem caste & sancte, quoad corpus & animam, vivendo, quam de ejus Conceptione disputando, melius colunt.

ante quidem apud aliquos errorem compe-  
 veram: sed dissimulabam, parcens devo-  
 tioni, quæ de simplici corde, & amore Vir-  
 ginis veniebat. Verum apud Sapientes,  
 atque in celebri nobilique Ecclesia, cujus  
 arctiore vinculo filius sum, Superstitione  
 deprehensa, nescio an sine gravi offensa  
 etiam vestri omnium dissimulare potuerim.  
 Quæ autem dixi salvo sapientioris iudicio  
 dicta sint, præcipue Ecclesiæ Romanæ, cu-  
 jus auctoritati & examini totam quæstio-  
 nem & cetera hujusmodi universa reservo,  
 ipsius, si quid aliter sapio, paratus senten-  
 tia emendare. S. Bernardus Ecclesiæ  
 Lugdunensis filium se dicit, quia Fonta-  
 næ, natalis ejus locus & Monasterii Cla-  
 rævallis Sedes sub Metropoli Lugdunensi  
 in Diocesi Lingonensi erant.

Sæcul. XII.  
 A.C. 1140.

§. LXXI.

*Tractatus de præcepto & Dispensa-  
 tione.*

Sub idem tempus S. Bernardus consultus  
 est a quibusdam Monachis S. Petri in  
 Valleja prope Carnotum, quomodo Re-  
 gula S. Benedicti obliget. Quia vero in-  
 scio suo Abbate contra Regulæ præce-  
 ptum sibi scripserant, Responsum non  
 ipsis misit, sed Abbati Columbensi, Mo-  
 nasterio ejusdem Instituti & Diocesis  
 præfecto, qui illud Abbati S. Petri redde-  
 ret. Huius Opusculo S. Bernardus Titu-  
 lum

*Opusc. 4.*

Sæcul. XII.  
A.C. 1140.

lum dedit de Præcepto & Dispensatione, præcipua autem Quæstio est, quam pertractat, quatenus Regula S. Benedicti obliget, & an omnia, quæ continet, præcepta sint vel duntaxat consilia. Respondet, totam Regulam consilium esse illis, qui eam non susceperunt, si quis autem eam propria voluntate admiserit, & promiserit deinceps tenendam, *profecto, inquit, in necessarium sibi ipse convertit, quod antea liberum habuit.* Distingueda tamen sunt, quæ Regula docet de non nullis Spiritualibus, Charitate, Humilitate, Mansuetudine, & de aliis consuetudinibus exterioribus, Psalmodia, Abstinencia, Silentio & Labore; nam primi generis præcepta, cum a Deo instituta sint, ad omnes Christianos spectant, cetera solos monachos obstringunt, possuntque ab eis eximi, sed a solis suis Præpositis, & existente casu necessitatis.

Porro hujusmodi consuetudines sua natura nec bonæ nec malæ in hunc utique finem fuerunt ordinatæ, ut Charitas reducatur vel conservetur; unde sequitur, quod si existat casus, in quo Regula rigide observata noceret charitati, vel omitti vel mutari possit. Sed penes solius Præpositi legitime constituti hujus rei judicium est. His addit S. Bernardus: *An non hoc ipsum Gelasius & Leo Pontifices senserunt? ajunt enim; ubi necessitas*

*cessitas non est, nullo modo Sanctorum Pa-*  
*trum constituta violentur. Ergo sola illa*  
*statuta exteriora a Præpositi voluntate*  
*pendent; quin a libera ejus voluntate non*  
*pendent, cum & ipse Regulæ, quam ser-*  
*vaturum se juravit, subiectus sit, sed po-*  
*tius ab ejus prudentia, qua in omnibus Re-*  
*gulæ capitulis, secundum legem charitatis,*  
*omni Regula alia superioris, dispenset.*

*Monachi subditi Præposito obedire te-*  
*nentur, secundum Regulam nec plus nec*  
*minus. Nihilominus si suam obedientiam*  
*privatus monachus restringat, ad ea quæ*  
*necessitas imperat, imperfecta est; sed vi-*  
*ri vere Religiosi obedientia tam late ex-*  
*tenditur, quam late charitas, quæ nullis*  
*terminis coercetur. Hinc obedientiæ vir-*  
*tus solis tepidis & imperfectis difficilis vi-*  
*detur, qui cum præcepto sui Præpositi tri-*  
*cantur, ea ad examen vocant, in causas*  
*inquirunt, & obedire renuunt, nisi vel gra-*  
*ta injungantur, vel dura denique necessi-*  
*tate ad parendum compellantur. At de-*  
*fectus obedientiæ, secundum S. Bernar-*  
*dum, qui ex contemptu contumaci præ-*  
*cepti proficiscitur, longe gravior est il-*  
*lo, qui ex negligentia vel quocunque te-*  
*pore oritur, cum iste solum a languore &*  
*pigritia, ille vero a tumore superbiæ or-*  
*tum trahat; quamobrem contemptus*  
*peccatum mortale efficit, quod forte le-*  
*vitæ materiæ veniale esset.*

Tum

Sæcul. XII.  
A.C. 1140.

c. 5.

c. 6.

c. 8.



Sæcul. XII. Tum S. Bernardus quæstionem per-  
 A.C. 1140. tractat, an de uno monasterio ad aliud  
 c. 16. transire liceat. Quod illis tantum per-  
 missum esse dicit, qui in illo monasterio  
 in quo sunt, substantiam Regulæ, in quam  
 jurarunt, servare non valent. Id vero  
 illis non concedit, qui in monasteriis, ubi  
 viget Regula, degentes, sub majoris per-  
 fectionis prætextu ad alia monasteria,  
 verbi causa, a Cluniacensibus ad Cister-  
 cienses commigrare vellent. Si qui au-  
 tem scrupulis & inquietudine animi agi-  
 tati monasterium reliquerunt, his nulla-  
 tenus reditum suadet, ne scandali occa-  
 siones denuo nascantur.

## §. LXXII.

*Hugo de S. Victore.*

*Opusc. 10.* Sanctus Bernardus parvum quoque Tra-  
 ctatum inscripsit Hugoni de S. Victo-  
 re, Doctori celeberrimo, qui ipsum de  
 singularibus opinionibus cujusdam viri,  
 quem non nominabat, consuluerat. Pri-  
 mo affirmabat Anonymus, statim nemi-  
*Joan. 3. 5.* nem sine Baptismo potuisse salvari, ex  
 illa die, qua Jesus Christus hujus Ablu-  
 tionis necessitatem Nicodemo aperuisset.  
 c. 1. Respondet S. Bernardus, nullatenus esse  
 credibile, quod Deus omnes homines ad  
 c. 2. rem præceptam voluerit obligare, illo  
 momento, quo alicui in secreto fuisset  
 communicata, sed solum ex illo tempo-  
 re,

re, quo satis publice promulgata ad cu-  
 juscunque notitiam deferri potuisset. (\*) Sæcul. XII.  
A. C. 1140.  
 Secun-

(\*) Nemo, quod sciam docet, Sacramentum  
 Baptismi Novæ Legis, seu proprie Baptismum  
 Christi, ante adventum Spiritus Sancti in Die  
 Pentecostes fuisse præceptum. Sunt vero, qui  
 cum Eminentissimo Cardinale Gotti in sua Theo-  
 logia Scholestico Dogmatica affirmant, Sacramen-  
 tum Baptismi non solum a Christo Domino fuisse  
 institutum ante Passionem suam, sed etiam ab Apo-  
 stolis fuisse administratum, his nixi rationibus.  
 Joan. 3. v. 22. *Venit Jesus & Discipuli ejus in  
 Terram Judæam & illic demorabatur cum eis  
 & baptizabat.* Et Joan. 4. v. 2. *Quamquam  
 Jesus non baptizaret, sed Discipuli ejus.* Atqui  
 Baptismus, quo per Discipulos Christus baptiza-  
 bat, erat Baptismus Christi non Joannis &c. Dein-  
 de affertur Auctoritas S. Augustini id, saltem ut  
 probabilius, sentientis.

Sed magis verum videtur, quod nullum Sa-  
 cramentum Novæ Legis ante Passionem Christi,  
 quin etiam ante Adventum Spiritus Sancti ab Apo-  
 stolis administratum fuerit.

Primo quia Baptismi essentia, quæ consistit in  
 forma: *Ego te baptizo in Nomine Patris &  
 Filii & Spiritus Sancti*, a Christo Domino ante  
 Passionem suam non fuit instituta, nec Apostolis  
 tradita.

Secundo. Quia non videtur dicendum, quod  
 Apostoli administraverint ullum Sacramentum  
 Novæ Legis, antequam cessaverit Lex anti-  
 qua.

Ad

- Sæcul. XII. Secundus error, in quo Anonymus verfabatur, hic erat; quod solum Martyrium  
A.C. 1140. Baptismum supplere posset, cuius desiderium non sufficeret. Id refutans S. Bernardus Auctoritatem S. Ambrosii & S. Augustini adducit. Præterea contra eundem Anonymum affirmat, Patribus Veteris Testamenti non tam claram fuisse scientiam Incarnationis, ceterorumque Mysteriorum futurorum, ac nobis est præteritorum. Tandem contra eundem asserit, quædam peccata ignorantia dari.
- c. 3.
- c. 4.
- Hugo

Ad Auctoritatem S. Scripturæ respondendum videtur, quod Apostoli baptizaverint Baptismo Joannis, id est Pœnitentiæ; Nam quamvis iubente Christo baptizaverint, ideo tamen non liquet qualem Baptismum iusserit eos conferre. Non enim verosimile est Christum Dominum tantum suasisse Discipulis suis, ut Baptismum Novæ Legis conferrent; si autem præcepit, utique Baptismus fuisset de præcepto, non utique pro aliquibus sed pro omnibus.

Ex Auctoritate S. Augustini firmum argumentum erui non potest, cum in Epistola 165, ad Seleucianum dicat: *jam fuisse Baptizatos, sive Baptismo Joannis; sicut non nulli arbitrantur, sive quod magis credibile est, Baptismo Christi.* Ubi nihil absolute affirmat. Tum S. Augustino opponi potest testimonium Tertulliani, S. Chrysostomi & aliorum Patrum. Nec obstat, quod Apostoli fuerint ordinati Sacerdotes, & Eucharistia

Hugo de S. Victore, Ipræ in Flandria Sæcul. XII.  
 natus, puerulus relicta patria Parisios ve- A.C. 1140.  
 nit, ubi Congregationi Canonorum Re- Mabill. Ann.  
 gularium S. Victoris adscriptus, ibidem p. 263.  
 postea diu docuit, & tandem ad Prioris Di-  
 gnitatem evectus est. Ceterum illa ætate  
 Scientiæ Theologicæ laude Hugone Victo-  
 rino nemo clarior habebatur, dictus a qui-  
 busdam S. Augustini lingua, quod præ ce-  
 teris hujus S. Patris Scriptis operam de-  
 disse. Magnam librorum molem poste-  
 ris

stia participes facti ante Passionem, quod fieri  
 non potuisse dicitur, nisi prius baptizati fuissent  
 Baptismo Christi. Nam etsi hoc ita sit, non ta-  
 men Apostoli quemquam ante Adventum Spiritus  
 Sancti ordinasse, vel Eucharistiam consecrasse,  
 multo minus eam distribuisse leguntur, adeoque  
 ullum Sacramentum fuisse administratum. Ordo  
 autem recipiendi Spiritum Sanctum in exordiis  
 Ecclesiæ non observabatur, quia ex S. Scriptura  
 constat, quosdam Sacramento Confirmationis  
 fuisse sanctificatos, priusquam Baptismum Chri-  
 sti accepissent, tunc respondit Petrus: *Numquid*  
*aquam quis prohibere potest, ut non baptizentur*  
*hi, qui Spiritum Sanctum acceperunt, sicut &*  
*nos?* Act. cap. 10. v. 47.

Auctor qui S. Stephanum contra S. Cypria-  
 num defendit, dicit quidem, quod Apostoli ba-  
 ptizati fuerint diu ante quam Spiritum Sanctum  
 acceperint. Sed quod dicit nullo argumento  
 probat. Fleur. Tom. II. Lib. VII. pag. 439.

*Hist. Eccles. Tom. XVI. LII*

Sæcul. XII. ris reliquit, in quibus præcipue Sacra Scri-  
 A.C. 1140. ptura, partim in sensu Morali partim in  
 sensu Allegorio explicatur. Scripsit quo-  
 que complures Tractatus pios, & multos  
 Sermones. Divisiones omnium Artium,  
 addita Historia de earum origine, & Defi-  
 nitionibus, sed tam succincte, ut exinde  
 vix aliquid discere possimus. Præterea  
 edidit Geographiam & Scrip̄toribus anti-  
 quis expromptam, sed in ea quæ postero-  
 ribus sæculis mutata fuere non memorat,  
 quasivero tanto temporis spatio novæ di-  
 visiones non successissent. Compendium  
 etiam Historiæ Universalis, quam in  
 Oriente usque ad Constantinum & Ire-  
 nem, scilicet usque ad annum circiter  
 octingentesimum deduxit; sed fontes,  
 unde hæc acceperit, non indicat. Ex his  
 duobus libris perspicimus, quantum illa  
 ætate apud nos Historiæ studium languerit;  
 quod multo magis clarum fit, ex  
 Compendio Historiæ Naturalis, fabulis  
 referto, & ad morum doctrinam ineptissi-  
 me detorto.

Inter opera Hugonis Victorini maxi-  
 mum est, ejus Tractatus de Sacramentis,  
 in quo adnotat, adhucdum morem duras-  
 se dandi Evcharistiam infantibus, cum ba-  
 ptizarentur, scilicet sub specie vini, quod  
 ipsis de intincto digito sorbendum præbe-  
 batur. Addit, quosdam Presbyteros igno-  
 rantes loco pretiosi Sanguinis vinum vul-  
 gare

gare porrexisset parvulis, dicitque, prudentius eis nihil dari, si Sacer Sanguis sine periculo nec servari, nec infanti præberi possit. Hugo S. Victoris ex hac vita decessit, undecima Februarii, anno millesimo centesimo quadragesimo secundo, annos non plures quam quadraginta quatuor natus, postquam maximum pietatis affectum, præsertim cum Viaticum accepit, prodidisset.

Sæcul. XII.  
A.C. 1140.

§. LXXIII.

*S. Petrus Archiepiscopus Tarentasiensis.*

Eodem anno millesimo centesimo quadragesimo secundo Petrus, clarissimum Ordinis Cisterciensis sidus, Archiepiscopus Tarentasiæ electus est. Is natus erat in Dicecesi Viennensi, anno millesimo centesimo secundo, ex parentibus mediocris fortunæ, quos non census pingues, sed eximia virtus commendabat; quippe postquam liberos suos educassent, præcipua cura fuit pauperes elemosynis & peregrinos hospitio juvare; sicque privatim vitam eremiticam sub regimine Cartusiensium atque Monachorum Bonævallis ducebant. Abbatia Bonævallis Ordinis Cisterciensis anno millesimo centesimo decimo octavo, Guidone Archiepiscopo Viennensi, postea Callisto II. Papa, Conditore nata est, cujus primus Abbas

V. c. 1. ap.  
Boll. 8. Maji  
to. 13. p. 324.

Sæcul. XII. A.C. 1140. Joannes, anno de nde millesimo centesimo trigesimo octavo, Episcopus Valentia creatus, anno millesimo centesimo quadagesimo quinto, fama Sanctitatis celeberrimus, naturæ debitum solvit. Cum Petri germano fratri, natu majori, cui nomen Lambertus, parentes Ordines Clericales destinassent, eum literis operam dare jusserant; at de Petro aliud decreverant, qui nihilominus, tum æmulatione stimulatus, tum naturali animi propensione impulsus, iisdem studiis incumbens, brevi tempore egregie profecit. Ambo itaque Fratres ordinibus initiati sunt, nec tamen parentes eo adduci potuerunt, ut filiis Beneficia Ecclesiastica conferri peterent, raro illo ævo moderationis exemplo.

Ubi Petrus ad illos annos pervenit, in quibus juvenes de stabili vitæ conditione decernere solent, Joannis Abbatis consilio & voluntati Parentis sui obsecutus, & Institutum monasticum Bonavalle amplexus, cum singulari prudentia se gereret, ab Abbate suo variis officiis admotus est, & tandem circa annum millesimum centesimum trigesimum secundum ad fundandam novam Abbatiam Stamediensem in Dicecesi Tarentesiana, ibique primi Abbatis munus obeundum missus. Quamvis vero sterilis esset locus & incommodus, Monasterium tamen ibi condidit, & Hospi-

Hospitium ad pauperes & iter facientes  
 suscipiendos, adjutus opibus Amadei III.  
 Comitis Sabaudiaë & Maurianaë, qui eum  
 sæpe ad se vocabat, viri prudentissimi  
 consilio usus. Ita paulatim orbi notus,  
 cum Sedes Tarentasiensis vacasset, Archi-  
 episcopus electus est.

Sæcul. XII.  
 A.C. 1140.

Alius, & ipse Petrus nomine, Ordinis  
 Cisterciensis, Abbas Firmitatis, Sedem  
 Tarentasiensem tenuerat ab anno millesi-  
 mo centesimo vigesimo quarto usque ad  
 annum millesimum centesimum trigesi-  
 mum secundum, quo, fama publica San-  
 ctum proclamante, obiit. Postea vero  
 hanc Ecclesiam invasit, & decem annis oc-  
 cupavit quidam nomine Idrael, qui bona  
 omnia tam Spiritualia quam temporalia,  
 ab Antecessore suo præstita, destruxit.  
 Tandem homine isto, Archiepiscopi no-  
 mine indigno, auctoritate Summi Pon-  
 tificis deposito, Abbas Stamediensis,  
 omnium suffragiis, subrogatur. Quia  
 autem Dignitatem recipere recusabat,  
 Clerici Tarentasienses tempus Capituli  
 Generalis Cisterciensium expectarunt,  
 cui cum Petrus Abbas, ut ceteri omnes,  
 interesset, auctoritati totius Ordinis &  
 præcipue S. Bernardi, quem semper sin-  
 gulari veneratione coluit, non valuit ob-  
 sistere. Itaque Clericis Ecclesiæ Taren-  
 tasiensibus eum expetentibus traditus, &  
 Archiepiscopus anno circiter millesimo



Sæcul. XII. centesimo quadragesimo secundo ordina-  
A.C. 1140. tus, illi Ecclesiæ annos triginta tres præ-  
 fuit.

Ecclesia Ta-  
 rentasiensis.

Petrus Archiepiscopali Dignitate au-  
 ctus paucissima in prioris vitæ ratione  
 mutavit. Pauper erat vestitus, & si a  
 quoquam comptiorem accepisset, haud  
 diu sibi servatum alteri dono dabat. Pane  
 furfuraceo nutriebatur & leguminibus, in  
 eadem olla, in qua pro mendicis paraban-  
 tur, coctis. Dolens, quod Episcopus lon-  
 go cum Monachis Officio Divino non am-  
 plius interesse posset, id privatim orando  
 supplere satagebat, pro labore manuum  
 itineribus & functionibus Episcopalibus  
 fatigabatur, Sacramentum Confirmatio-  
 nis non nunquam a mane usque ad vespe-  
 ram conferens. Verbum Dei assidue præ-  
 dicabat, aliis vero committebat, sermo-  
 nes juxta regulas Rhetoricæ ornatos ha-  
 bere illis, quibus deliciores erant aures,  
 dum ipse simplices instruebat, consolaba-  
 tur, hortabatur, peccatoresque increpa-  
 bat & terrebat. Ad Episcopatum voca-  
 tus invenit in Ecclesia sua Clericos, gene-  
 re nobiles, sed moribus dissolutos, & Opus  
 Dei negligenter facientes. Quare magna  
 prudentia & industria usus, illis remotis,  
 Canonicos Regulares substituit, quos eru-  
 diebat, & tanquam filios regebat, cum  
 ipsis in Choro, in claustro, in Capitulo  
 præsens. His census sufficientes assigna-  
 vit,

vi, & præterea reditus, ex quibus men-  
 sa Episcopi parabatur, auxit, Decimis Sæcul. XII.  
A.C. 1140.  
 aliisque bonis Ecclesiæ ab Optimatibus ea  
 usurpantibus sive metu Censurarum Ec-  
 clesiasticarum incusso, sive dato pretio,  
 receptis. Ecclesias suppellectile & ornatu  
 necessario instruxit, & decedens in pau-  
 pere regione nullum oratorium suæ Diœ-  
 cesis, quod non calicem argenteum habe-  
 ret, reliquit. Domos Episcopi & Clerico-  
 rum suorum, ruinam minantes, ita restau-  
 ravit, ut nec sæculari magnificentia ci-  
 vium oculos in se raperent, nec tamen in-  
 commodæ aut incolentibus injucundæ ef-  
 sent.

Prima Sancti Præsulis cura erant pau-  
 peres & ægrotantes, ejusque Palatium in-  
 digentium hospitium dici poterat, quo  
 confugere toto anno licebat, maxime ve-  
 ro tribus mensibus tempus messis præce-  
 dentibus, quando in illis alpibus ingens  
 annonæ penuria incolas premere solet.  
 Diœcesim suam lustrans, sæpissime etiam  
 non rogatus, misellis subveniebat; inter  
 alpes iter faciens bis tunicam suam exuif-  
 se, ea pauperes feminas præ frigore prope  
 emorientes contexisse, & suum tantum  
 cilicium cum interula sibi servasse legitur,  
 spreto periculo, ne ipsemet inter glacies  
 periret. In quodam itinere in eleemosy-  
 nas expendit bis mille Solidos, magnam *Leblanc.*  
*mon. p. 163.*  
 plane pecuniæ vim, illo ævo, quo marca

Sæcul. XII. argenti haud plus quam solidos quadra-  
 A.C. 1140. ginta conficiebat.

## §. LXXIV.

*Rudolphus Patriarcha Antiochenus  
 deponitur.*

Sup. lib.  
 LXVIII.

§ 47.  
 Tyr. XV.

c. II. 15.

to. 10. Conc.

p. 1026.

c. 16.

Arnulphus secundo Romam profectus, Pontificis animum sollicitaturus, ut alterum Legatum mitteret, qui Rudolphum Patriarcham Antiochenum judicaret, obtinuit, quod petebat; quare Papa Albericum Episcopum Ostiensem iter in Syriam suscipere iussit. Is ubi in Orientem pervenit, Episcopos ad Concilium, ultima die Novembris (ut videtur, anni millesimi centesimi quadragesimi) (\*) Antiochiæ celebrandum convocavit. Adfuere ex Provincia Hierosolymitana Guilielmus Patriarcha, Gaudentius Archiepiscopus Cæsariensis, & Anselmus Episcopus Bethlehemita. Ex provincia Tyriensi Fulcherius Archiepiscopus, in quo Legatus totam spem suam posuerat, quod esset vir magno animo, Romanæ Ecclesiæ devotus, Fulcherum comitabantur duo ex ipsis Suffraganeis Episcopi, Bernardus videlicet Sidoniensis, & Balduinus Berytensis. At Episcoporum provinciæ Antiochenæ

(\*) In Actis Conciliorum ponitur annus millesimus centesimus quadragesimus secundus. Edit. Hard.

Sæcul. XII.  
A.C. 1140.

chenæ, in Concilio præsentium, varia erant & dissona desideria. Nam Stephanus Archiepiscopus Tarsensis, Gerardus Laodicensis, Hugo Gabalensis, Canonico- rum causam contra Patriarcham fove- bant. Franco autem Hierapolitanus, Ge- rardus Coryciensis, & Serlo Apamiensis, licet ei ab initio adversati fuissent, modo ei aperte patrocinebantur. Alii in neu- tram partem declinare videbantur.

Die ergo præfixa Episcopis, vestibus Pontificalibus indutis, in Ecclesia S. Petri confidentibus, Legato Sedis Romanæ præsentibus, publice Papæ mandata lecta sunt. Tum in medium prodierunt Accu- satores, videlicet Arnulphus & Lamber- tus Archidiaconus, qui, licet a Patriarcha fuisset Dignitati suæ restitutus, iterum se ipsi Adversarium gerebat. Adjuncti sunt Archidiacono alii etiam complures, cum Patriarchæ fortunam vacillare viden- rent. (\*) Itaque Accusatores libellos porrigunt, dicuntque, si in probatione defecissent, se Talionis pœnam subituros esse. Tria vero afferebant capitula, Ru-  
LII 5 dol-

(\*) Hic in Actis Conciliorum legitur quod se- quitur: *Hic etiam erat illud manifeste verum de- prehendere, quod Naso noster proverbialiter di- cendum tradidit:*

Cum fueris felix, multos numerabis amicos,  
Tempora si fuerint nubila solus eris.

Sæcul. XII. A C. 1140. dolphum contra Regulas Sanctorum Patrum in Patriarchatum introivisse, reum esse impuditiæ, & multiplicis Simonia. His instanter postulantibus, ut in Concilio præsto esse juberetur, mittuntur, qui eum ad Concilium solemniter ritu invitarent. Ipso autem venire recusante, illa die nihil amplius actum.

Die secunda Rudolphus Patriarcha Antiochenus, secundo solemniter vocatus, sicut & pridie venire noluit. Serlo autem Episcopus Apamiensis in illa Sessione sine cultu Pontificali assidere conspiciebatur. Interrogatus a Legato, cur sic venisset, & cur non amplius cum Accusatoribus staret, respondit: *Quod aliquando feci calore inconsulto, errore factum confiteor. Absit ut amplius Patrem meum vel accusem vel judicem; quin pro ejus incolumitate paratus sum usque ad mortem decertare.* His dictis, Serlo exire præcipitur, & contra eum Sententia Excommunicationis ac Depositionis prolata. Tantus enim timor Principis Antiocheni, Legato Pontificio faventis, omnes Præsules invaserat, ut nulla repugnandi libertas esset. Præterea Principem, sua sponte Rudolpho infestum, magis accendebat Petrus Armoinus, Arci Præfectus, sperans, si Patriarcham deponi contingeret, effecturum se, ut nepos suus Haymericus, Ecclesiæ Antiochenæ Decanus, depulso

pulso subrogaretur. Serlo autem ita de-  
 positus in suam Dioccesim se contulit, at-  
 que haud diu mœrore confectus exspira-  
 vit.

Sæcul. XII.  
 A.C. 1140.

Tertia Concilii die Patriarcha perem-  
 ptorie citatur, qui sive conscientiam veri-  
 tus, sive Principis violentiam timens, se  
 venturum esse negavit. Erat autem in  
 Palatio suo cum suis familiaribus, multo  
 equitum & civium comitatu stipatus, qui  
 nisi Principis formidassent potentiam, Le-  
 gatum & Concilii Patres ex urbe ignomi-  
 niose ejecissent. Igitur ipse Albericus  
 Legatus in Palatium ascendit, ibique pro-  
 nunciata in eum Depositionis sententia,  
 ad anulum & Crucem resignandam vi  
 compulit. Inde jubente Legato Princi-  
 pi traditur, qui vinculis ferreis alligatum  
 apud Monasterium S. Simeonis, in monte  
 eminentissimo situm, carceri mancipavit.  
 Ille diu illic detentus, & tandem elapsus,  
 Romam profectus est; ubi gratiam Sedis  
 Apostolicæ aliquatenus affecutus, dum  
 redire maturat, propinato sibi veneno ex-  
 tinguitur. Rudolpho expulso Clerici  
 Antiocheni, & imprimis illi, qui ut depo-  
 neretur maxime institerant, Aimericum  
 Decanum, artibus & largitionibus propin-  
 qui ipsius, qui præsidiariis imperabat, ca-  
 pti suffecerunt, patria Lemovicensem,  
 quem nec literarum cultura, nec mores,  
 utpote parum Religiosi, commendabant.

c. 17.

c. 18.

Soluto

Sæcul. XII.  
A.C. 1142.

Soluto Concilio Albericus Legatus, cum non esset, quod Antiochiæ ageret, Hierosolymam rediit, ubi expectato Paschali tempore, tertia post Festum Resurrectionis die, solemni ritu Ecclesiam Templi dedicavit, permultis nobilibus tam cis quam transmarinis, ac inter alios Joscelino juniore, Edessæ Comite, præsentibus. Collectis deinde Episcopis ceterisque Prælatibus Legatus in Ecclesia montis Sion, quæ omnium Ecclesiarum Mater habebatur, Concilium celebravit, cui interfuit Catholicus Armeniæ, nempe Episcoporum in illa Gente Primas. Cum eo de nonnullis Fidei Articulis actum, in quibus Armeni a Doctrina Catholicorum deflectere videbantur; Primas ista se emendaturum esse ex parte promisit. Hoc quoque Concilio ad finem perducto, Legatus Romam reversus est.

Sup. lib.  
LXIV. §.  
47.

§. LXXV.

*Baldwinus III. Rex Hierosolymæ.*

<sup>6. 27.</sup>  
Lib. XV. c.  
1. 2. 3.

Haud diu post Fulco, Rex Hierosolymæ, cum in agris Acriensis civitatis leporem insectatur, tam infelici casu ex equo terræ allisus est, ut Spiritum reddere coactus sit, trigesima Novembris, anno millesimo centesimo quadragesimo secundo, postquam regnasset annis undecim. Ejus corpus Hierosolymam relatum in Ecclesia S. Sepulchri conditum est. Successit

cessit vero parenti Balduinus III. tredecim annorum puer, qui in Nativitate Domini eodem anno in conventu Optimatum & Præsulum a Guilielmo Patriarcha Hierosolymitano coronatus, annos viginti quinque sceptrum tenuit. Unacum ipso coronam accepit Melisenda mater, quæ dum filius adolesceret, ad clavum sedit. Illo temporis intervallo, nempe a morte patris usque ad inaugurationem filii, Edessam, alio nomine *Rubam* obsedit *Atabec-zengui*, Princeps in Oriente omnium potentissimus, favente occasione, cum Joscelini atas gerendo bello impar esset, atque inter ipsum & Principem Antiochenum discordia glisceret, usus. Hunc in urbe *Mosul* residentem Barbarum Scriptores nostri *Sanguin* nominant. Elapso exinde biennio nempe anno millesimo centesimo quadragesimo quarto vigesima septima Sept. e vita decessit Guilielmus Patriarcha Hierosolymitanus, anno Pontificatus sui decimo quinto. Ei subrogatus est Fucherus, tertius Latini ritus Archiepiscopus Tyriensis, vigesima quinta Januarii anno millesimo centesimo quadragesimo quinto ad Sedem Hierosolymitanam translatus, quam tenuit annis duodecim. Ut ei Successor in Ecclesia Tyriensi eligeretur, in eadem Ecclesia Conventus celebratus, Rege juvene, Regina matre, Neo-electo Patriarcha, & Episco-

Sæcul. XII.  
A.C. 1142.

c. 45.

Guil. Tyr.  
XVI. c. 17.  
Sup. lib.  
LXVIII.  
p. 14.



Sæcul. XII. A.C. 1142. Episcopis Sedis Tyriensis Suffraganeis præsentibus. Sed divisa erant suffragia. Quippe Pars eorum favebat Rudolpho, Regis Cancellario, ex Gente Anglorum, viro literato, & specie haud vulgari, Regi, Reginae & proceribus caro, sed moribus ad sæculum magis quam ad Episcopatum factis. Pars altera ejus electioni adversans, ad Papam appellavit, Fucherio Patriarcha, Joanne Pisano Archidiacono Tyriensi, postea Cardinali, Bernardo Episcopo Sidoniensi, & Joanne Episcopo Berytensi, præcipuis auctoribus. Quibus non obstantibus Rudolphus Cancellarius vi adhibita Ecclesiae Tyriensis possessionem arripuit, quam annis duobus tenuit.

## §. LXXVI.

*Scripta Constantini Chrysomali damnantur.*

*Leo Allat. de  
Conf. II.  
c. II.*

Constantinopoli Leo Stypiota Patriarcha, mense Majo, Indictione tertia, ut verisimile est, anno millesimo centesimo quadragesimo Concilium celebravit, cui Metropolitanæ undecim, Archiepiscopi duo, cum Ministris Imperatoris, interfuerunt. In hoc Concilio Decretum editum, in quo Patriarcha summam dicit: *Quibusdam Monachis ex Cænobio S. Nicolai reverentibus comperi, Constantini Chrysomali defuncti Scripta apud eos superesse, quæ perlecta magni scandali causa extitissent, quod*  
multa

multa absurda atque a sana ratione abhor- Sæcul. XII.  
rentia continerent, eaque compluribus jam A. C. 1142.  
fuisse communicata tanquam utilia, & mo-  
rum perfectionem consequi cupientibus ne-  
cessaria. Quare postquam animum ad discu-  
tiendam hanc causam serio adjeci, tria Scri-  
ptorum illorum exemplaria ex diversis mo-  
nasteriis eruta accepi, iisque tum privatim  
tum in Synodo ad examen vocatis, inveni,  
quod non solum rebus novis & opinionibus  
exoticis, sed etiam manifeste Hæreticis,  
præsertim Entusiastarum & Bogomilo-  
rum scateant.

Præter alia Auctor dicit, Satanam il-  
los adorare, quicumque vel Principi vel  
Magistratui honorem exhiberent. Omnes,  
qui pro more jam diu vigente in sua infan-  
tia baptizati fuissent, non esse sincere Chri-  
stianos, qui ante Baptismum non potuissent  
erudiri. Eorum virtutes fictas esse & bo-  
nis operibus Paganorum nibilo meliores.  
Eos non debere legere Evangelium nisi  
prius Religionem edocti fuissent, ad sua My-  
steria initiati, & de potestate Satanae trans-  
lati. Quod si omitterent, nihil ipsis pro-  
futurum, vel ad Episcopatum evehi, vel  
totam Scripturam memoria tenere, vel  
alios informare, cum præter illam scien-  
tiam, quæ inflat, nihil habeant. Denique  
nulla in re a non baptizatis differre, sicut  
pænitentia inutilis esset illis, qui per Ba-  
ptismum non essent regenerati. Illos ve-  
ro,

Sæcul. XII. ro, quibus felicitas obtigisset, ut adulti  
 A.C. 1142. baptizarentur, veros Christianos esse, Le-  
 gi non amplius subjectos, quia ad mensuram  
 ætatis plenitudinis Christi pervenissent.

Eph. 4, 13. Rursus dicit ille Auctor, singulis Christianis  
 duas esse animas, unam nullius peccati  
 capacem, alteram peccatricem. Illum vero,  
 qui unam tantum haberet animam, nec-  
 dum esse Christianum. Ob hos igitur er-  
 rores pluresque alios, quos hi Libri docent,  
 eos illico in flammam conjici jussimus, &  
 Anathema diximus omnibus illis, qui has  
 opiniones foverint. Districte autem pro-  
 bibemus, ne quisquam præsumat novas pro-  
 ferre opiniones, & auctoritatem docendi  
 temere sibi usurpare. Prohibemus etiam  
 quibuscunque, ne novos libros legere au-  
 deant, nisi prius ab Ecclesia Catholica exa-  
 mini subjecti & approbati fuerint. Præ-  
 sertim hæc Scripta, quæ ex calamo Chry-  
 somali fluxisse dicuntur, & omnia alia, si  
 quæ ab eodem auctore profecta deprehen-  
 dantur. Si quis reus fuit convictus, ana-  
 themati subjacebit, & potestati Sæculari  
 tradetur.

Quod vero spectat ad illos duos viros,  
 apud quos hæc Scripta inventa fuerant,  
 scilicet in diversis monasteriis Præpositos,  
 cum alter eorum nomine Pamphilus ve-  
 niam facti rogasset, & affirmasset, se hos  
 libros ex ignorantia & bona mente legis-  
 se, ejus pœnitentiam Concilium recepit,  
 &

& a pœnis, quas meritus fuisset, absol- Sæcul. XII.  
vit. In alterum, nomine Petrum, sen- A.C. 1142.  
tentia pronunciata, quod vir esset aliis re-  
gendis ineptus; tumque ad aliud Mona-  
sterium, in quo sub Præposito degeret,  
transire iussus est. Idque magnæ gratiæ  
loco habere coactus est, postquam sup-  
plex Patriarchæ & omnium Patrum in  
Concilio præsentium pedibus fuisset ad-  
volutus.

§. LXXVII.

*Guilielmus Archiepiscopus Eboracensis.*

In Anglia Turstaino Archiepiscopo Ebo-  
racensi, quinta Februarii anno mil-  
lesimo centesimo quadragesimo, post-  
quam sedisset annis viginti sex, fatis *Godouin.  
Ebor. c. 28.*  
functo, Sedes illa integro ferme anno va-  
cavit. Nam Henrico Episcopo Winto-  
niensi, Regis Stephani fratre, & Papæ Le-  
gato, potissimum auctore, Henricus Coi-  
lius, ejusdem Regis nepos primo electus *vit. S. Guil.  
8. Jun. ap.  
Boll. tom. 2.  
p. 137. Mo-  
nast. Angl.  
to. I. p. 745.*  
fuerat; quem vero, cum esset Abbas ad  
S. Stephanum Cadomi, Innocentius Papa  
Archiepiscopum eligi vetuit, nisi Abba-  
tiam prius abdicasset. Porro Mense Ja-  
nuario, anno millesimo centesimo quadra-  
gesimo primo, alia peracta est electio,  
majorque suffragiorum pars Guilielmum,  
thesauro Ecclesiæ Eboracensis præfectum,  
& ipsum Regis Stephani nepotem, Emmæ  
sororis ejus & Heriberti Comitis Winto-  
*Hist. Eccles. Tom. XVI. M m m nien-*

Sæcul. XII. niensis filium, expetebat, virum castissi-  
A.C. 1142. mis moribus, ob singularem animi man-  
 suetudinem, & in pauperes munificen-  
 tiam omnibus carum. At Gualterius  
 Archidiaconus cum quibusdam aliis huic  
 electioni repugnans, objiciebat, non fuisse  
 liberam, sed Comitem Eboracensem  
 Regis nomine eligentibus præscripsisse,  
 quem nominarent. Ceterum constabat  
 Comitem Electioni interfuisse; cumque  
 deinde Gualterius iter arripuisset, Regem  
 aditurus, jussu Comitis interceptus & in  
 Arce ipsius Bihamensi inclusus. Interim  
 Electus Archiepiscopus Lincolniam de-  
 ductus, a Rege lætitiâ profitente exci-  
 pitur, & in possessionem terrarum Archi-  
 episcopatus mittitur.

Qui vero Guilielmi electioni refraga-  
 bantur, ad Summum Pontificem appella-  
 runt; nec deerant inter ipsos viri Reli-  
 giosi, quos magna merita commendabant,  
 & præter alios Guilielmus Abbas Rieval-  
 lensis & Richardus Abbas Fontanensis, qui  
 duobus Monasteriis Ordinis Cisterciensis  
 in Diocesi Eboracensi præerant. Igitur  
 Guilielmum Archiepiscopum accusabant,  
 quod per Simoniam & vim electus fuis-  
 set, cumque rem ita esse S. Bernardo per-  
 suasissent, is complures epistolas adver-  
 sus Guilielmum ad Innocentium Papam  
 dedit. Abbati quoque Rievallensi scri-  
 psit; ut zelum viri temperaret, & ob  
 hanc

ep. 346. 34.

ep. 353.

hanc electionem consolaretur. Memo-  
 rem esse jubet regulæ, olim a S. Augusti-  
 no traditæ, peccatum alterius nobis non  
 nocere, nisi consentiamus, nosque secu-  
 re ordinationem ceteraque Sacramenta a  
 malo Episcopo accipere posse, quamdiu ab  
 Ecclesia toleratur.

Memo-  
 sæcul. XII.  
 A.C. 1142.

Abbas Fontanensis Romam se contulit,  
 quo cum etiam Archiepiscopus profectus  
 fuisset, ejus causa in Judicio, anno millesi-  
 mo centesimo quadragesimo secundo, di-  
 scuti cœpit. Et quia præcipuum accusa-  
 tionis caput erat, quod Comes Eboracen-  
 sis in Conventu, Regis jussu & nomine,  
 Thesauri Custodem Guilielmum eligi  
 præcepisset, Papa edixit, ordinari eum  
 posse, si Decanus Eboracensis jurejuran-  
 do affirmaret, Comitem hujusmodi man-  
 datum ad Capitulum Cathedrale non  
 detulisse, & si Guilielmus Archiepiscopus  
 negaret, se ullam pecuniam, ut Dignita-  
 tem Archiepiscopalem consequeretur, de-  
 disse. Quin etiam indulsit Papa, ut alium  
 virum, non suspectum, nominare liceret,  
 qui loco Decani juramentum præstaret.  
 Vi hujus Decreti Papalis, Guilielmus Ar-  
 chiepiscopus in Angliam reversus, Judi-  
 cium Legati, avunculi sui, in Conventu  
 Wintoni mense Septembri, præcipuis  
 Clericorum Angliæ præsentibus, subiit.  
 Tota frequentia Guilielmo favebat, pete-  
 batque instantissime ut consecraretur;

M m m 2 nemo

Sæcul. XII. nemo autem ex Adversariis quidquam  
 A.C. 1140. movere ausus. Tum cum Guilielmus S.  
 Goduin. Barbaræ, qui ex Decano Eboracensi Epi-  
 Dunsnel. pag. scopus Dunelmensis creatus fuerat, ad  
 113. Conventum vocatus, misso nuncio se ex-  
 cusasset, ipsius loco Rudolphus Episcopus  
 Insularum Orcadam & duo Abbates se se  
 obtulerunt, & cum electo juramentum  
 ediderunt. Itaque Guilielmus a Legato  
 Henrico, Episcopo Wintoniensi, die Do-  
 minica, vigesima septima Septembris, an-  
 no millesimo centesimo quadragesimo se-  
 cundo, consecratur. Theobaldus quidem  
 Archiepiscopus Cantuariensis dicebat,  
 sibi ordinandi jus competere, sed ei ele-  
 ctio Guilielmi ad Sedem Eboracensem  
 non probabatur.

## §. LXXVIII.

*Petrus Archiepiscopus Bituricensis.*

*Nang. Chr.* In Francia quoque ob Sedem Bituricen-  
 an. 1142. sem Ecclesia turbabatur. Nam Alberi-  
 Rob de Mon- co Archiepiscopo, anno millesimo cente-  
 te &c. simo quadragesimo, defuncto, Papa eligi  
 curavit Petrum *de la Chastre*, ex familia  
*vid. Gall.* nobili illius regionis ortum, Aimerici Ec-  
 Chron. to. I. clesie Romanæ Cancellarii propinquum,  
 Es Mabill. ad misitque, possessionem Ecclesie aditurum.  
 ep. 219. &c. Verum Rex Ludovicus junior indigna-  
 Bern. tus, quod sine suo consensu electus fuisset,  
 publice juravit, quoad ipse viveret,  
 Petrum nunquam Archiepiscopum Bitu-  
 ricen-

ricensem futurum. Missis itaque ad il-<sup>Sæcul. XII.</sup>  
 lam Ecclesiam mandatis, licentiam de-<sup>A.C. 1142.</sup>  
 dit alium, quemcunque vellent, Archi-  
 episcopum eligendi, Petrum vero ab aditu  
 urbis Bituricensis prohibuit. Petrus  
 Romam perrexit, ubi a Papa consecratus  
 est, dicente, juvenem esse Regem, quem  
 doceri oporteret, & impediri, ne deinceps  
 hujusmodi moliminibus adfuesce-  
 ret. Addebat, Electionem Episcopi non  
 esse sincere liberam, quando Princeps  
 quemquam excludebat, nisi coram Judi-  
 ce Ecclesiastico probaret, eum non esse  
 eligendum; tunc enim querelam Principis  
 sicut cujusvis alterius privati esse audiendam.  
 Quia autem Rex edicto vetuerat, ne Petrus  
 Archiepiscopus in ul-<sup>Chro. Maur.</sup>  
 lam suæ ditionis provinciam pedem in-<sup>p. 387.</sup>  
 ferret, Papa omnes terras, quæ Regi parebant,  
 Interdicto Canonico subjecit, ac in iis  
 Officium Divinum celebrari prohibuit.

Cum Theobaldus, Campaniæ comes, latissimorum fundorum apud Bituricas Dominus, Petrum Archiepiscopum suo præsidio tutaretur, omnes ei Ecclesiæ obediebant. At Rex acerbe id ferens, congregatis Vasallis, Campaniæ bellum intulit, & Vitriacum oppidum cum magna promiscui sexus ætatisque multitudine igne concremavit. Sed & alia dissensionis causa inter hos Principes orta fue-

M m m 3 rat.



Sæcul. XII. rat. Quippe Rudolphus, Comes Vir-  
 A. C. 1142. manduorum, Petronillæ, Alienoræ Regi-  
*Hist. Tor-* næ sororis, nuptias ardentissime cupiens,  
*nac. to. 12.* matrimonium suum cum nepte Comitis  
*Spici. p. 480.* Campaniæ inquit, sanguinis propinqui-  
 tatem obtendens, nullum denunciari cu-  
 raverat; ideoque Simon Episcopus No-  
 viomensis, Rudolphi Comitis frater,  
 Bartholomæus Episcopus Laudunensis,  
 & Petrus Silvanectensis, edito juramen-  
 to, testati fuerant, Comitem & Comitissam  
 tam arcta sanguinis affinitate esse  
 conjunctos, ut matrimonium inter ipsos  
 nulla ratione legitimum fieri posset. His,  
 Comes Rudolphus Petronillam tori con-  
 sortem accepit. Cum igitur hac de re  
 Comes Campaniæ querelas ad Innocen-  
 tium Papam detulisset, S. Bernardus illius  
 Principis causæ favens in literis, ad Pon-  
 tificem datis, haud omisit inter ejus meri-  
 ta commemorare, quod Archiepiscopi  
 Bituricensis fautor præcipuus esset & præ-  
 sidium. His querelis auditis Papa, mis-  
 sis ad Cardinalem Ivonem, olim S. Victo-  
 ris Canonicum Regularem, tunc suum in  
 Francia Legatum, mandatis, jussit, ut Co-  
 mitem Virmanduensem excommunica-  
 tionis fulmine feriret. Eiusdem Comi-  
 tis Ditiones Interdicto subjectæ, & tres  
 Episcopi, factorum conscii, a munere Sa-  
 cerdotali suspensi. Verum Campaniæ  
 Comes, cum ejus ditiones bellico furore  
 dire

sp. 216.

dire vastarentur, ad jurandum compul-  
sus est, quod quantum ipse posset vellet  
efficere, ut illa censura tolleretur. Preces  
junxit S. Bernardus, datis ad Papam literis,  
dicebat enim, nihil facilius quam Comi-  
tem Virmanduensem secundo censura in-  
nodare, si promisso non staret.

## §. LXXIX.

*Epistolæ S. Bernardi Archiepiscopo  
Bituricensi faventis.*

Cum deinde Rex sciret, Comiti Rudol-  
pho, cui suum promiserat præsidium,  
Papam secundo excommunicationem  
comminari, de S. Bernardo querelas mo-  
vit, qui cum Hugone Episcopo Antiffiodo-  
rensi in itæ pacis conciliator fuerat, jussit-  
que literas ad eum dari, & moneri, ut  
istud fulmen spirituale averteret, quod  
gravia mala inde secutura timeri oportet.  
Respondit S. Abbas: *Etiam si id pos-  
sem, non tamen liquet, quod sana ratione  
possem. Doleo quidem de malis, si inde  
proveniant, sed non ideo tamen facere de-  
bemus mala, ut sequantur bona. In fine  
subjungit: Noli, quæso, o Rex! Regi tuo,  
imo omnium Conditori in Regno suo &  
in Hæreditate sua tam aperte resistere.  
Absit a te tanta temeritas, ut sæpe manum  
extendas contra Dominum terribilem, qui  
aufert spiritum Principum, formidandum  
omnibus Regibus terræ. Acriter loquor,*

Sæcul. XII.  
A. C. 1142.

\*p. 220.

Psalm. 75.

M m m 4      qui

Sæcul. XII. *qui acriora tibi timeo, nec tam vehe-*  
 A.C. 1142. *ter timerem, nisi te vehementer amarem.*

Quamvis acerbus satis videatur hujus epistolæ stilius, S. Bernardus tamen etiam aliam ad Regem dedit in eadem causâ concitatore animo, in qua exprobrat, quod consilia amplectatur a Diabolo suggesta, pacem anno superiore sancitam violet, incendia incendiis, homicidia & cades cædibus addat, & subjungit: *At quidquid tibi de Regno tuo & de anima tua decernere placuerit, nos, Ecclesiæ filii, Matris injurias, contemptum & conculcationem omnino dissimulare non possumus. Profecto stabimus & pugnabimus usque ad mortem, si opus fuerit, pro Matre nostra, armis quibus licet, non scutis & gladiis, sed precibus fletibusque ad Deum. Et ego quidem, qui, memini enim, præter quotidianas preces, quas pro pace & salute tua atque Regno coram Domino supplex fundebam, etiam apud Sedem Apostolicam, literis & nunciis, causam tuam egi, pæne usque ad propriæ conscientie læsionem, & ipsius Summi Pontificis justam, quod differi non debeo, contra me indignationem, ego inquam, quoniam errata erratis cumulare non cessas, pænitentia modo affligor, quod imprudens plus justo adolescentiæ tuæ indulsi. At deinceps pro viribus veritati non deero.*

De

De eadem causa scripsit S. Bernardus Sæcul. XII.  
A.C. 1142.  
ep. 222.  
 duobus præcipuis Ministris juvenis Regis, Joscelino Episcopo Sueffionensi & Sugerio S. Dionysii Abbati, qui cum Episcopo Antiffiodorensi & ipso S. Bernardo, pacis inter Regem & Comitem Campaniæ compositæ auctores & conciliatores fuerant. Respondet ad ea quæ Rex Comiti & sibi ipsi objiciebat, tumque addit: *Id quoque inter nos pactum erat, ut si qua nova controversia & dissensio nasceretur, res inter nos quatuor discuteretur, & omnia ad reconciliandos animos tentaremus, priusquam Principes ad arma prorumperent.* Turbæ in Ecclesiis Franciæ.  
*Idque modo Comes flagitat, sed Rex abnuit.*  
*Verum esto, quod hæc Comitis culpa sit: sed quid Ecclesia peccavit? quid, inquam, deliquit jam non sola Bituricensis Ecclesia, sed & Catalaunensis, Remensis, Parisiensis? quod jus est Regi, quo Ecclesiarum terras depopuletur, quo ovibus Christi Pastores præfici prohibeat, dum hic electos Episcopos ab aditu Ecclesiarum suarum arceat, alibi, quod hætenus inauditum, electionem differri jubet, donec universa consumpserit, facultates pauperum diripuerit, & terras vastaverit? an vestro consilio motus hæc facit Rex? mirum valde si vobis inconsultis hæc fiunt, sed multo magis obstupescendum, si vobis suadentibus & consentientibus fiunt. Talia enim Principi suggerere, quid aliud est, quam manife-*  
 M m m 5 ste

Sæcul. XII. *ste Schisma fabricare, Deo resistere, & Ec-*  
 A.C. 1142. *clesiam in servitutem redigere? denique,*  
*quidquid mali fecerit, merito non Regi*  
*puero, sed Consiliariis senibus imputan-*  
*dum est.*

ep. 224.

Rursus de eadem causa S. Bernardus, Cardinali Stephano, Episcopo Prænestino, ex Ordine Cisterciensi ad illam Dignitatem evocato, scribens ait: *Scis enim, quanto fervore pro Rege steterim in conspectu Papæ, corpore quidem absens, sed præsens spiritu, ut loquerer pro eo bonum. Bona siquidem pollicebatur. Nunc autem, cum mihi malum pro bono reddat, cogor contraria scribere. Pudet erroris, & falsæ spei, quam de eo conceperam. Gratias ago, quod pro eo ego simplex exorans voti compos non fuerim factus. Putabam me favere Regi pacis amanti; & ecce, gravissimo hosti Ecclesiæ assentatus fuisse invenior. Sancta apud nos conculantur, Ecclesia turpiter ancillatur. Nam & Electiones Episcoporum fieri prohibentur, & sicubi id præsumptum a Clericis fuerit, electus consecrari non sinitur. Denique Ecclesia Parisiensis in luctu sedet, proprio destituta Pastore, & nemo est, qui de substituendo alio mutire audeat. Non satis est domos Episcopales bonis præsentibus spoliari, etiam in terras & in homines manus Sacrilegorum deseruiunt, & totius insuper anni ex eis sibi redditus vindicant. Ec-*  
*clesia*

*clesia vestra Catalaunensis elegit quidem* Sæcul. XII.  
*Episcopum, sed qui electus est jam diebus* A.C. 1143.  
*multis honore debito frustratur, & non*  
*ignoras, quam gravi Dominici gregis de-*  
*trimento id fiat.* Guido hic erat Episco-  
 pus Catalaunensis, Geofrido anno mille-  
 simo centesimo quadragesimo secundo  
 defuncto, electus.

Tum S. Bernardus prosequitur: *In-*  
*terim Rex vices Episcopi Roberto, germa-*  
*no suo, commisit, qui in cunctis terris re-*  
*busque Ecclesie sua potestate abutens, rem-*  
*baud segniter gerit; offert enim celo quo-*  
*tidie hostias, non plane pacificas, clamores*  
*pauperum, lacrymas viduarum, planctus* S. Bernar-  
*orphanorum, captivorum gemitus, sangui-* dus.  
*nem interfectorum.* Verum quia ejus ne-  
 quitie angustus videtur ille Episcopatus,  
 Remensem quoque invadit, non Clericis, non  
 Monachis, non Sanctimonialibus parcens.  
 Denique terras fertilissimas S. Marie, S.  
 Remigii, S. Nicasii, & S. Theodorici, &  
 Villas populosas ferro ita exhaustis, ut pæ-  
 ne in solitudinem redegerit universas.  
 Scilicet Archiepiscopus Remensis ad Co-  
 mitis Campanie partes transferat. Tan-  
 dem S. Bernardus, rogans Episcopum Ste-  
 phanum, ut Papam ad reprimenda tanta  
 mala excitaret, hanc epistolam claudit.

Nihilominus Sanctus Abbas sapienter  
 prospiciens, quantæ calamitatis causa In-  
 terdictum, cui Papa Franciam subjecerat  
 ob

Sæcul. XII.

A.C. 1143

ep. 219.

ob Archiepiscopum Bituricensem, datis ad eundem Episcopum Prænestinum tresque alios Curia Romanæ Cardinales, videlicet Albericum Episcopum Ostiensem, Igmaram Episcopum Tusculanensem, olim S. Martini de pratis Monachum, tum Priorem Charitatis, & ad Gerardum Cancellarium, postea Papam, dictum Lucium II. literis, admonuit, alterum Schisma imminere Ecclesiæ. *Væ nobis, ait, plangentibus, quæ pertulimus, dolentibus, quæ sentimus, trementibus, quæ expectamus. Et quod pejus est, ad tantam miseriam Res humanæ devenerunt, ut nec rei se submittere, nec Judices miserevi velint, Delinquentes non satisfaciunt, Rectores non parcunt, dumque omnes pravo affectui indulgent, funiculum charitatis, totis viribus in diversa trabentes, rumpunt. Si qua in vobis sunt viscera pietatis, tantis vos opponite malis, ne in Francia nascatur schisma, in quo regno, ut optime novistis, schismata aliarum regionum componi solebant.*

*Duo sunt, in quibus Regem non excusamus, nam & juravit illicite, & perseverat injuste. (\*) Verum id non tam voluntate quam verecundia. Nam probro duci-*

(\*) Nempe juravit, se non recepturum Petrum Episcopum Bituricensem a Papa consecratum. Sup. §. LXXVIII,

*ducitur apud Francigenas, quod bene novis-  
 sis, juramentum solvere, quamvis male, sed publice, juratum sit. At Regem non  
 excusamus, sed veniam postulamus. Vos  
 ipsi mature pensate, an non ira præceps,  
 ætas juvenilis, Majestas Regia aliquatenus  
 eum excuset. Parcite Principi, si fieri  
 possit, salva in omnibus Ecclesiæ libertate,  
 & debita Archiepiscopo a Pontificis mani-  
 bus consecrato reverentia. Hoc ipse Rex  
 submisit petit, hoc tota Ecclesia citramon-  
 tana suppliciter precatur. Siquidem no-  
 stras hac de re preces anno priore nihil nisi  
 indignatio, & indignationem totius pæne  
 Franciæ calamitas secuta est.*

Hæc ultima S. Bernardi verba ad In-  
 nocentium Papam spectant, cujus in S.  
 Abbatem amor penitus refriguerat. Id  
 enim cognoscimus ex epistola ad Papam  
 eodem tempore data, cujus hoc est exor-  
 dium: *Videbar mihi aliquando in aliquo  
 pretio esse. Hodie, nescio quo meo meri-  
 to id evenerit, nullus sum. Me enim in-  
 tuebaris, roganti aures dabas, literas meas  
 tibi oblatas avide recipiebas, earum lectio-  
 ne delectabar, benigne respondebas. Ex  
 aliquo autem tempore nec oculo me digna-  
 ris. Tum S. Bernardus se purgat, de  
 Cardinalis Ivonis defuncti opibus, quas  
 expendisse accusabatur. Et subjungit:  
*Non me latet, me epistolarum mearum  
 multitudine patientiam tuam fatigasse;  
 sed**

Sæcul. XII.

A.C. 1143.



Sæcul. XII.  
A.C. 1143.

*sed talia peccandi mihi jam finis erit. Audax fui, haud satis, quis tu esses & quis ego, perpendi; Nempe Bonitas tua, quod non diffiteberis, temeritatis meæ occasio fuit. Ceterum, amor, quibus amicos meos prosequer, me urgebat, nam, si bene memini, in causa propria raro tibi scripsi. At præstat, me quibusdam amicorum meorum inutilem esse quam tibi importunum. Nunc quoque in epistola ad te data, schisma quod Ecclesiæ impendet, commemorare non sum ausus. Sed hoc Episcopis, qui tecum sunt, edocui, quod ex iis cognoscere poteris. Hæc ultima est S. Bernardi ad Innocentium II. epistola.*

Inter hæc Petrus Venerabilis quoque, Abbas Cluniacensis, in illis turbis ad Papam epistolam dedit, in qua discrete & reverenter suggerit; quanta Dignitas & potentia Regis & Regni Franciæ esset, quam grave & arduum ageretur negotium, & quantum Ecclesiæ crearetur periculum, rogatque ut Ludovico & Regi & juveni indulgeret. Non autem Summo Pontifici indulgendi modum præscribere audet.

§. LXXX.

*Res Ecclesiæ Tornacensis.*

Clerici Tornacenses rati in rem suam utendum esse dissensione, inter Papam & Regem exorta, in Comitis Virman-

manduensis causa, qua etiam Simon ejus  
 frater Episcopus Noviomensis involveba-  
 tur, Actionem in Judicio sub Urbano II.  
 coeptam, & sub Paschale continuatam, ad  
 restituendum Episcopatum Tornacensem  
 repetere aggressi sunt. Quem in finem,  
 cum Hermannum Abbatem S. Martini  
 Romam misissent, is Innocentio Papæ cau-  
 sam exposuit, literasque obtinuit, in qui-  
 bus præcipiebat Clericis Tornacensibus;  
 Episcopum eligerent, electum Archiepi-  
 scopo Remensi consecrandum sisterent,  
 quod si ille recusaret, ad Papam deduce-  
 rent. Itaque ut hæc mandata impleren-  
 tur, Absolon S. Amandi Abbas Episcopus  
 Tornacensis eligitur, & electio Archiepi-  
 scopo Remensi denunciatur, qui respon-  
 dit; nolle se hunc Episcopum ordinare,  
 ne Regem & Comitem Virmanduorum  
 offenderet. Ergo Romam redeundum  
 fuit. Episcopo autem electo non visum  
 hoc iter sibi ipsi esse suscipiendum, quod  
 timeret, ne si Curia Romana, accepta ab  
 adversariis suis pecunia, mentem muta-  
 ret, ipse probrose repelleretur. At Le-  
 gati Clericorum Tornacensium, ubi Ro-  
 mam pervenerunt, Decretum Electionis  
 Pontifici exhibentes, lato vultu excipiu-  
 tur. Jamque responsum, quo lis finire-  
 tur, expectabant, cum subito nunciatur,  
 Simonem Episcopum Noviomensensem,  
 ipsorum vestigia secutum, Romæ existe-  
 re.

Sæcul. XII.

A.C. 1143.

Narr. 12. to.

Spicil. pag.

480.

Sup. lib.

LXIV. s.

45.

Sæcul. XII. re. Ipse querelas ad Papam deferebat,  
A.C. 1143. quod Clerici Tornacenses Episcopum  
 elegissent, juramento, quod sibi, Episco-  
 po suo, præstitissent, violato. Respondit  
 Papa; Tornacenses ab hoc juramento a  
 Sacra Sede fuisse absolutos, & nihil egis-  
 se, quod ipse non mandasset. Ad hæc  
 Hermannus, Legatorum Tornacensium  
 princeps, ait, se nihil in Curia Romana  
 adversus Episcopum Noviomensensem mo-  
 visse, nec se ideo alium elegisse Episco-  
 pum, quod ipsum ullatenus odissent, sed  
 quod istud Ecclesiæ Tornacensis necessi-  
 tas postulasset. In ea enim plus quam  
 novies centies mille animas numerari,  
 atque ab annis decem, quod ipse Episco-  
 pus ignorare non posset, plus quam cen-  
 tum millia hominum e vita decessisse,  
 qui pœnitentiam de manu Episcopi non  
 accepissent. Ad hunc sermonem obstu-  
 pescens Papa Electionem Episcopi Tor-  
 nacensis publice confirmavit, promisit-  
 que, se huic negotio ultimam manum  
 appositurum. Sperabant igitur Legati  
 causam illico esse terminandam; sed eos  
 Papa adhucdum dies quindecim moratus  
 est, quo temporis spatio Episcopus No-  
 viomensis quingentas marcas argenti in  
 Ministros Curia Romanæ sparsit, atque  
 etiam Pontificis gratiam lucratus est, qui  
 ipsum & Legatos Tornacenses ad mu-  
 tuum amplexum compulit, promittente  
 Episco-

Episcopo, omnem se præteritorum me-  
 moriam hujusque electionis injuriam ex  
 animo dimissurum esse. Papa vero ei  
 literas dedit, in quibus dicebat, se quidem  
 a proposito non abiisse, sed rem istam dif-  
 ferre, donec Concilium Episcoporum &  
 Metropolitanarum ad electionem confir-  
 mandam coegisset. Ita Legatis Torna-  
 censibus vix pudorem ferentibus disce-  
 dendum fuit.

Sæcul. XII.  
 A.C. 1143.

§. LXXXI.

*Petri Cluniacensis Scripta.*

Sub idem tempus Petrus Cluniacensis ad  
 S. Bernardum prolixam dedit episto-  
 lam, in qua de diversis moribus utriusque  
 Ordinis, Cluniacensis & Cisterciensis,  
 agit, stilo ad mansuetudinis leges magis,  
 quam in priore sua Apologia, composito.  
 In ista enim amorem suum in S. Bernar-  
 dum & totum Ordinem Cisterciensium  
 verbis exquisitissimis profitetur, & sub-  
 jungit: *Ardentissimam banc fuisse Charitatem*  
*necessè est, quæ nec in jurgiis de De-*  
*cimis, nec in Causa Lingonensi extingui*  
*potuit.* Hæc dissidia suo tempore com-  
 memoravimus. Deinde Abbas de prima  
 dissensionis origine differit, nempe de di-  
 versitate morum inter illos, qui in ean-  
 dem S. Benedicti Regulam jurassent.  
 Istud vero diluit exemplo Ecclesiæ uni-  
 versalis, in qua diversæ Nationes, quin  
*Hist. Eccles. Tom. XVI.* N n n etiam

*Petr. IV. ep.*  
 17.  
*Bern. ep.*  
 229.  
*Sup. S. 20.*  
 17.

Sæcul. XII. etiam singulæ Ecclesiæ dissimiles consue-  
A.C. 1143. tudines servant, in iis omnibus, quæ Fi-  
 dei non adversantur, salva concordia &  
 Charitate. Tum de singulis consuetudi-  
 nibus loquens, putat se demonstrare,  
 quod variæ constitutiones Cluniacensium  
 & Cisterciensium cum alio modo Novi-  
 tios recipiunt, & fugitivos, cum pluribus  
 & aliis utuntur vestimentis, cum alii aliis  
 sæpius jejunant, sæpe vel raro manibus  
 laborant, & cetera omnia bona fide inve-  
 cta fuerint, & Duce Charitate, quæ Re-  
 gulæ S. Benedicti anima esset. (\*)

Secunda divisionis occasio erat vesti-  
 mentorum diversitas, quam re ipsa nul-  
 lius momenti esse sentit, cum Regula ni-  
 hil præscribat; sed ostendit, nigrum co-  
 lorem ab exemplo antiquorum, præser-  
 tim

(\*) Si simpliciter accipiantur Petri Venera-  
 bilis verba, laxa nimis videtur statuere. Nam  
 præter charitatem, universale omnium Institutio-  
 rum fundamentum, etiam ad Fundatoris mentem  
 & propositum est reflectendum; & licet aliqua  
 minorum gentium statuta mutari possint, grav-  
 ora tamen, qualiã sunt carnis toto anno vesci,  
 non media nocte sed mane ad psallendum sur-  
 gere, & his similia, ut nihil dicamus de convi-  
 viis ob sæculorum multitudinem & lautitiam  
 sumtuosissimis, concedi nequeunt, nisi, quod  
 Fleurius dicit Dissertatione III. §. XXII. Tom XIV.  
 fateri velimus, vitæ nostræ rationem hodie no-  
 vam & esse forte bonam, sed non a S. Benedicto  
 institutam. Denique ex eo, quod S. Benedicti Re-  
 gulæ Spiritus & anima Charitas sit, a nulla alia  
 distinguitur.

tim S. Martini, Monachis magis conveni- Sæcul. XII.  
re: Adnotat etiam obiter, quod Hispa- A C. 1143.  
ni mortuum lugentes nigro vestitu ince- u. 24.  
derent; quæ res illa tempestate soli Gen-  
ti Hispanæ singularis erat. Tandem dis-  
fidii fontem aperit principem, videlicet  
superbiam & invidiam. Monachi nigri  
impat'entissime ferunt, homines novellos  
sibi præponi. Et Monachi candidi gratu-  
lantur sibi, quod ceteris pluris æstimen-  
tur, utpote tanquam Disciplinæ Regula-  
ris restauratores. Hujusmodi cogitatio-  
nes fructum austeritatis & reformationis  
perditum eunt, cum humilitatem & ex  
consequenti charitatem destruunt. In  
fine hujus epistolæ Petrus Cluniacensis  
S. Bernardo significat, quod ei Versionem  
Alcorani Mahometis mittat, petitque, ut  
sibi Tractatum suum de Præcepto & Di-  
spensatione communicet.

Quamvis vero Petrus Abbas omnibus  
viribus Ordinis sui mores defendere co-  
naretur, nihilominus ad tollendos, qui  
irreperant, abusus serio incubuit. Cum  
anno millesimo centesimo trigesimo se-  
cundo Cluniaci Capitulum generale ce-  
lebraret, cui ducenti Priores cum mille  
ducentis monachis interfuere, jejunia au-  
xit, licentiam confabulandi restrinxit, &  
quædam alia ad fovendum corpus ab An-  
tecessoribus suis concessa, sustulit, rigo-  
rem Cisterciensium imitatus. Attamen

Sæcul. XII. ut postea Fratrum admonitionibus ali-  
A.C. 1143. quid daret, complura capitula hujus re-  
 formationis relaxavit. Ista ab Orderico  
 Vitale Monacho, in illo Conventu præ-  
 sente, accepimus.

Post annos exinde quatuordecim,  
 nempe anno millesimo centesimo quadra-  
 gesimo sexto, Petrus Abbas Statuta a se  
 per annos viginti quatuor, quos Abbatiali  
*Bibl. Clun.* Dignitate fulgens transfegerat, collecta,  
*p. 1354.* in capitula septuaginta sex divisit, ex qui-  
 bus complures abusus, qui Monachis Clu-  
 niacensibus objiciebantur, emendatos di-  
 spicimus. Ad quodlibet capitulum ra-  
*art. 10.* tionem reformationis addit. Monachi  
 cibos in adipe coctos diebus Veneris non  
 comedant, consuetudine antiqua non ob-  
 stante. Non bibant *Hypocratem*, id est,  
*Sup. lib.* vinum melle & aromatibus conditum.  
*LXIII. §.* Non vescantur carnibus, nisi ægrotent.  
*61.* Nempe hac in re Monachi Cluniacenses  
*a. 11.* tantum vel plus licentiæ quam Sæculares  
*a. 12.* sibi ipsis tribuebant, quod ex epistola ejus-  
*VI. ep. 15.* dem Abbatis, acerrimo stilo ad omnes Or-  
 dinis sui Priores data, discimus. Non  
*a. 14.* dispensetur in Jejunio, a Regula præscri-  
 pto, & a medio Septembris usque ad Qua-  
 dragesimam servando, exceptis paucis fe-  
 stis. Nam numerus Festorum auctus fue-  
 rat, ut pauciores essent dies jejunii. Mo-  
 nachi pannis aut pellibus pretiosis non  
 vestiantur. Tum illæ vestes, quibus uti  
 non

non licet, enumerantur. Silentium statuto tempore in domo infirmorum, in cella Novitiorum, in Refectorio, in Quadragesima autem omni tempore, servetur. Tolluntur non nullæ consuetudines minoris momenti, quarum actus serii esse non poterant, quia illas introducendi ratio & causa cessaverat. Nullus in Ordinem Monachorum sine licentia Abbatis Cluniacensis recipiatur. Quia nempe monasteria hominibus ad monasticum Institutum ineptis replebantur. Habitus Monasticus nulli, nisi ad annum ætatis vigesimum pervenerit, conferatur. Novitii saltem uno mense probentur. Labor manuum, quantum fieri potest, reducatur. Ceterum ex argumentis cuilibet capitulo appositis perspectum fit, quantum jam illo ævo Regulæ rigor in Ordine Cluniacensi relaxatus fuerit.

Quod vero ad versionem Alcorani pertinet, eam Petrus Abbas in Hispania, quo Monasteria Ordinis sui lustraturus perrexit, componi iussit. Primo quemdam librum, in quo errores Mahometis refellebantur, lingua Arabica scriptum, in latinam transferri curavit, & quia Petrus Toletanus, cui hoc opus injunxerat, linguæ Arabicæ peritior erat quam Latinæ, eum in illo labore a Petro Monacho, qui sibi ab epistolis erat, adjuvari præcepit. Postea vero idem Abbas Cluniacensis ipsum

Nnn 3 Alco-

Sæcul. XII

A. C. 1143.

a. 16. Sc.

35.

Bibl. Clun.  
p. 1109.



Sæcul. XII. Alcoranum a quodam Anglo, nomine Roberto, Archidiacono Pampelonensi & alio viro docto, nomine Hermanno, ex Dalmatia, quos ambos in Hispania invenerat, Astronomiæ studentes, latine reddi curavit, pingui stipendio duobus interpretibus dato. Porro eo consilio hæc agebat Abbas Cluniacensis, ut exemplum Patrum sequeretur, qui cunctas suæ ætatis Hæreses suis sermonibus & Scriptis refutabant, & totis viribus oppugnabant. Itaque Petro animus erat, Mahometis Sectam aggredi, quæ tunc mediam prope orbis terrarum partem implebat. Et primum quidem S. Bernardum, quem huic labori omnium maxime idoneum judicabat, hortatus est, ut hac de materia scriberet, sed videns, quod nemo operi manum commodaret, ipse hanc provinciam in se suscepit, atque editis quinque libris, qui non amplius extant, propositum exsecutus est. Non equidem multum spei conceperat, fore, ut per hanc scriptionem Mahometani converterentur; scripsit tamen, ut saltem Christianis prodesset, si explanaret, quantum illa Secta a sana ratione abhorreat, eosque, qui a Fide deficiendi periculo expositi erant, præmuniret.

*FINIS TOMI XVI.*



INDEX